Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Wilhelm Beckers

Synopsis Iuris Imperii Romano-Germanici

Hac Quarta Editione, & matricula Imperii auctior, Coloniae: Bingius, 1655

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn778427897/phys_0003
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0004
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn778427897/phys_0005
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0006
DFG

Zach. Crameri.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0007
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0008
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn778427897/phys_0009
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn778427897/phys_0010
DFG



SYNOPSIS
IVRIS
PVBLICI
Imperij Romano
GERMANICI
COLONIÆ AGRIPPINÆ
Sumptib. Andreæ Binghii.
ANNO MDCLIV

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0011
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0012
DFG

SYNOPSIS

IVRIS IMPERII ROMANO-GERMANICI.

OPERA

WILHELMI BECKERS D.

HAC QVARTA EDITIONE, & matriculâ Imperii auctior.

COLONIÆ,
Apud ANDREAM BINGIUM in Laureto.

M. DC. LV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0014
DFG

Psalm. 147.

ANdicat DEUS verba ſua Jacobo, conſtitutiones ac jura ſua Iſraeli. non ita fecit genti ulli: ideo jura iſta non moverunt.

LECTORI S.

INvitus in publicum prodeo: quis enim non abhorreat, obtrectationi invidiæque malevorum se exponere? Jam novem circiter anni sunt, quando dissertationem de Jure Imperii Romano-Germanici publicè disputandam exposui, cujus exemplar, notis, commodo privato illustratum, in aliorum manus, nescio quomodo, devênit. Mox peregrinante me, sub titulo Synopsis Juris Imperii Romano-Germanici incomptè satis processit. Quæ cum jam quidem distractâ essent, novam editionem, auctioremque urgebant Bibliopolæ; at semper reluctatus, varias moræ obtendi causas; cum nihil à me impetrari posse hâc in re viderent, editionem priorem minabantur. Ne itaque vitiosa illa, sub nomine meo vulgarentur,

pas-

passus sum ad novam, utcunque emendationem, me adduci. Nihil itaque ostentationi, aut captandæ auræ datum. Placuit tamen olim ingenium in materia potius gravi, quam humili exercere, in quâ hallucinari, si non laudem, saltem veniam merebitur. *Mediocribus enim scriptis* (inquit Symmachus. 583.) *amicorum benignitas scit favere alienorum invidia, nescit ignoscere.* Quare meritò quis reprehendat eos, qui in alios sollicitè inquirunt, in se vel nunquam; virtutem quam non exercent, commendant, in aliis improbant, & quod paria facere nequeant, invident. Ut vere dixerit Ariosto 28.1.

Il volgare Ignorante, ogn' un repende.
E parla piu di quel, che meno intende.

Sed hoc te monitum velim, me multis in locis, Authoris, (cujus authoritatem allego) verbis usum; quod iis facilè immutatis, alienam gloriam,

mihi vindicare, religioni duxerim; humilitatis vero, ejus quoque verba referre, cujus & mentem: satius existimans (edoctus præcepto Plinii *lib. 5. Epist. 17.*) ex variis prudentiæ authoribus, hic optima quæque congerere, quam propriæ industriæ viribus excogitata, periculosè proferre. Præludia itaque hæc, benignâ accipe fronte, dubiis & obscuris, meditationem; omissis, inconcinnis, erratis veniam, imo monitionem dato. Fides dissonantes, calore iracundiæ haud abrumpit Cytharœdus, sed paulatim pertendando, reducit ad concentum. Cur hic, ambo te, pigeat imitari? Intelligo equidem (monente S. Augustino *de civit. Dei*) *multa esse in omni opusculo, quæ justo judicio, & nulla temeritate culpari possunt; nullumque reprehensorem formidandum esse. amatori veritatis.* Sed quis in bona segete, nullum spicum malum, aut in mala, non aliquod bonum invenit?

Vale.

IN-

INDEX.

LIBER I.

Præmium.

CAPUT I.

De initiis & successu Imperii Romani, nec non ejusdem in Francos ac Saxones translatione.

CAP. II.

De Imperii & Imperatoris statu, dignitate & præeminentia.

LIBER II.

De capite Imperii, Rege Romanorum, & Vicariis.

CAP. I.

De constitutione Imperatoris.

CA-

INDEX.

CAP. II.

De personæ eligendæ qualitate.

CAP. III.

De personis eligentibus Imperatorem, Electione & Coronatione.

CAP. IV.

De Iuribus electo Imperatori competentibus.

CAP. V.

De Augusta.

CAP. VI.

De Rege Romanorum.

CAP. VII.

De Imperii Vicariis.

LIBER III.

De membris & Imperii civibus.

CAP. I.

Eorum distributio.

CA-

CAP. II.

De civibus Imperii immediatis, qui sunt status, in genere, eorumque enumeratio per circulos decem.

CAP. III.

De statibus Imperii Ecclesiasticis, eorumque Iurisdictione duplici, spirituali & politica.

CAP. IV.

De principum Imperii sæcularium prærogativâ & Iuribus.

CAP. V.

De Electoribus in genere.

CAP. VI.

De Electoribus Ecclesiasticis

CAP. VII.

De Electoribus sæcularibus.

CAP. VIII.

De cæteris Imperii Principibus sæcularibus.

CA-

INDEX.

CAP. IX.

De liberis Imperii civitatibus.

CAP. X.

De Imperii civibus immediatis, qui non sunt status Imperii.

CAP. XI.

De civibus Imperii mediatis.

LIBER IV.

Administrationem universi continens.

CAP. I.

De Comitiis.

CAP. II.

De præcedentia.

CAP. III.

De legibus Imperii.

CAPUT ULTIMUM.

De Academiis.

SY-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0022
DFG

SYNOPSEOS IVRIS PVBLICI SACRI IMPERII ROMANO-GERMANICI

PROOEMIUM.

1. RErumpublicarum jura in publicum trahi, vetant aulici, periculosum ajunt, & dominantis imperio adversum, arcana illa judicio & ingenio plebis relinquere: ad aulas solum secretaque principum spectare Consilia; scio, habent respublicæ, earumque moderatores, reconditas artes, quibus præsentem statum adversus novatorum technas tueantur, quas profecto scrutari non licet (*uti Amm. Marcellin. in litt. ad Constantium inquit*) multo minus divulgare; sic enim irritæ futuræ, quandoque cum magno adhibentis periculo. Has ego intactas relinquam; di-

 cturus

cturus tantum de jure, quo caput imperii, cæteraque ejus membra utuntur; idque è constitutionibus & publicis imperii legibus quas palam exercere sub ingenuo Principe semper impunitum fuit, hâc sc. libertate fruimur, quâ licet scire quod sumus, licet exercere quod scimus. Sed adsit modestia & de Principis majestate reverens sermo. Effrenata enim cujusvis dicendi libertas Reipublicæ perniciosissima semper extitit; Romanam Rempublicam Tribunorum plebis, nimia Patres cavillandi licentiâ pessumdedit. Quare merito quis succenseat, illis ingeniis, qui superioribus annis evulgatis libellis, Imperatoris majestatem, quam tueri eos oportebat, lacerare, juraque ejus culmini competentia ei adimere, inter utriusque religionis proceres dissidia serere, & quo impunita foret cujusvis temeritas, judicem negare, Anarchiamque tyrannide crudelissima crudelio-

deliorem introtroducere nisi sunt.

II. Absurda vero quorundam est persuasio, qui jurisprudentiæ studiosis publici juris investigationem inutilem esse ajunt, eosque potius ad intricatos & quandoque exoletos legum civilium apices invitant; qui profecto cives in propria patria peregrinos esse cogunt; verumque scholarum finem ignorant, in quibus Iustiniano Imperatore monente (*in proœ instit. circa fin.*) addiscenda ea sunt, quæ civem ingenuum ad Rempub in partibus sibi credendis gubernandum, aptum reddunt, ineptum vero Reipub. moderatorem se præbiturus est is, qui ad eam nudâ privati juris doctrinâ instructus, accesserit. Nec veteres Iurisconsulti de stillicidiis tantum, sed omni fere Reipublicæ negotio consulebantur, adeò ut jurisprudentia Politicam pœne complecteretur facultatem (*Cic. lib. 3. de orat.* Duarenus *in epist. ad And. Guillantum de ratione docendi, discendique juris,*) non legu-

leum sed politicum magis intendit instruere, certe dolendum est, hujus juris in Catholicorum principum Academiis nullam fere haberi rationem; adeo ut quidquid hac in materia habere desideres, ab Acatholicis scriptoribus hauriendum sit.

III. At inquies, si utriusque juris cognitionem voluit Iustinianus Imp. cur publicum non æque ac privatum in prima juris elementa retulit? fecisset procul dubio, si quid temporibus præsentibus accommodatum inveniisset, at cum à vetere illo jure quod in Iurisconsultorum libris extabat recessum esset; ejus recitationi merito supersedit.

IV. Omnem doctrinam à subjecti definitione inchoandam recte monet Plato, utpote quæ materiæ tractandæ naturam & differentiam breviter exponat. hanc non pauci Iuris Imperii Romano-Germanici commentatores omiserunt, ego Platonis ratione ductus, eam minime omittendam censeo,

censeo, & jus publicum cum Iustiniano Imperat (*Instit. §. ult. de just. & Iure*) illud proprie esse dico, quod ad statum rei Romanæ spectat, principaliter scilicet, alias enim per consequentiam, ea quæ ad privatam utilitatem spectant, in Reipubl. redundant emolumentum. Ratione item objecti, quod Crassus eleganter (apud Ciceronem) exprimit, cum in iis esse ait, quæ propria civitatis sunt, & imperii; non vero formæ intuitu, cum sic omne Ius publicum dici possit.

Cæterum cum animus sit jus publicum Imperii Romani proponere, illud præmittendum esse censemus, Imperii Romani longè aliam hodie esse faciem, quam fuit olim tempore Iustiniani Imperatoris. Multa quippe antiquavit ipsa temporis vetustas, & longa permutavit dies: quæ ut aliam vitam, alios mores, ita quoque alias postulant leges. Quondam Magistratus ad solam vel urbis, vel pro-

vinciarum rerumque ad illa pertinentium administrationem cum potestate juris dicendi adhibebant. Nunc qui olim Proconsules, Prætores, Præsides, Legati, hodierni nempe Duces, Marchiones, Comites, aliique immediate Imperio subjecti, Status, membra Imperii, eadem fere in suis territoriis gaudent potestatis sublimitate, qua ipse Imperator. Vnde & illud jus publicum (*de quo liber. 1. ff. & c. ac præcipuè tres posteriores Codicis libri & Novellæ aliquot agunt*) veteri republica mutata, magnam pariter passum est mutationem: adeò ut controversias de hodierna Imperatoris & Principum potestate: neglecta Aurea Bulla Caroli IV. Capitulatione item (seu lege regia Germanorum) ac Recessibus Imperii, ex solo jure Iustinianeo decidere velle, planè absurdum sit.

Iuris itaque Imperii Romano Germanici daturus compendium, ut id compositè fiat, hoc utar ordine: liber primus

primus Imperii Romani initia, translationem in gentem Alemanicam, ejusque statum complectetur. Secundus, supremam jurisdictionem Cæsaris, eorumque penes quos eo impedito aut sede vacante administratio est. Tertius statuum & civium imperii jura. Quartus denique universi administrationem.

LIBER I.

CAPUT I.

De initiis & successu Imperii Romani, nec non ejusdem in Francos ac Saxones translatione.

I. RESpublica Romana cepit ex parvis initiis ingens robur, ortusque urbis Romæ satis humilis fuit; Primus enim urbis, & Imperii Romani Conditor extitit Romulus, à Marte genitus, & Rhea

Silvia: qui situm urbis quadrata forma descripsit, fossamque duxit, qua muro amplexus erat urbem. Quam cum Remus ejus frater ludibrio haberet, saltuque increparet, dubium an jussu fratris, occisus est. Ita solus potitus Imperio Romulus, conditaque urbs conditoris nomine appellata est. Potius tamen imaginem urbis, quam urbem fecisse videbatur, quod incolæ deessent: quare proximum lucum asylum facit, & statim mira vis hominum; Latini, Tuscique pastores; quidam etiam Transmarini Phryges, qui sub Ænea, Arcades qui sub Evandro Duce influxerant. Ita ex variis quasi elementis, conflavit corpus unum, populumque Romanum ipse fecit. *Florus lib.* 1. Auctis demum viribus, Romulus civibus Religionem & jura præscripsit, Senatum centum patrum singulari legit prudentia. At cum finitimi, civibus Romanis filias in mattimonium denegarent, in ludis Consualibus, Neptuno sacris,

sacris, Sabinorum, cæterorumque finitimorum filias, quæ spectatum venerant, rapere & inter se distribuere jussit. Romulo successit Numa Pompilius, ille ferocem populum Deorum metu mitigavit, ac sacra, cœremonias, omnemque cultum Deorum docuit: ac eò populum redegit, ut quod vi & injuria occupaverat imperium, religione atque justitia gubernaret. Numam Pompilium excepit Tullus Hostilius: hic omnem militatem disciplinam, artemque bellandi condidit, ac populi virtutem ratione acuit. Tullo Hostilio surrogatus Ancus Martius, qui mœnia muro amplexus est, Ostiamque in ipso maris fluminisque confinio, coloniam posuit. Anco Martio successit Tarquinius Priscus Corintho oriundus, ubi cum se vilipendi graviter ferret, uxoris Tanaquil instinctu, Romam profectus largitionibus, & populi & Regis sibi gratiam conciliat; adeo ut tutela regiorum liberorum ei crederetur; qui-

bus venationi intentis, comitia celebrat, peritumque à populo imperium, miro consensu impetrat. Ad firmamentum novi Principatus, centum Patres reliquis adjuncti, qui suæ factionis, absentis tuerentur authoritatem. Nec bello minus, quam pace clarus, duodecim Tusciæ populos continuis præliis subegit; Ornamenta cuncta ab eo, fasces, Trabeæ, Curules, Annuli, Phaleræ, Paludamenta, Prætexta. Priscum servius Tullius excepit, matre servâ natus; at ob præpræclaram indolem, ab uxore Tarquinii Tanaquil liberaliter educatus. Huic olim in cunis jacenti, flamma circa caput visa, imperium portenderat. Prisco defuncto, imperium primo tutotio nomine (quo absque invidia esset) mox tanquam proprium tenuit, inique partum, Tarquinius, cognomento superbus scelere rapuit, immissis in Servium percussoribus. Nec id melius gessit, traditum à prioribus morem de omnibus Senatum con-

consulendi, solvit: domesticis consiliis rempublicam administravit: bellum, pacem, fœdera, societates per se ipse, cum quibus voluit, injussu populi, ac Senatus, fecit, diremitque. Probos ac potentiores ipse è medio, sustulit, & filium tollere docuit; eminentibus papaverũ capitibus virgula decussis. Hæc agenti portentum terribile visum, anguis ex columna lignea elapsus, cum fugam in regiam fecisset; Tarquinium anxiis implevit curis. Quare oraculum Delphicum consulere statuit: neque responsa aliis committere ausus, duos filios in Græciam misit. His deridiculi gratia ascitus comes Lucius Iunius cognomento Brutus, ex sorore Tarquinii Superbi natus, juvenis longè alius ingenio, quam cujus simulationem induxerat; Bruti enim nomen haud abnuit, ut sub ejus cognominis obtentu, liberator ille Populi Romani, animus latens, aperiretur tempore suo. Is baculo sambucio aurum infusum dono

obtulerat Apollini: cumque oraculum Delphicum respondisset, eum summum imperium Romæ habiturum, qui primus matri osculum dedisset; veluti si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit. Romam reversi filii Tarquinii Regis, omnem insolentiam in cives ac libidinem exercere; quorum cum alter castissimæ Lucretiæ stuprum violentum intulisset, ac matrona dedecus ferro expiasset: Imperium Regibus abrogatũ fuit. *Liv. l.1.* Hinc *Flor. l.1. c.7.* tamdiu ait, superbiam Regis populus Rom. perpessus est donec aberat libido.

2. Expulsis Tarquiniis ad Gabios primum, deinde in Hetruriam ejectis: Lucius Iunius Brutus consulatum primum ex genere patricio iniit; & jurejurando Romanos obstrinxit, ut post hæc neque Tarquinios, neque mortalium quenquam Romæ regnare paterentur. Insignè profecto Democratici Imperii arcanum. Duo autem constituti sunt consules, Brutus

ut

ut dictum, & L. Collatinus Tarquinius Lucretiæ maritus (qui socius in expellendis regibus, & consiliorum adjutor fuerat) ut scilicet divisa potestate, alter alterum revocaret à licentia erant & annui, ne per diuturnitatem potestatis, insolentiores redderentur, qui se fore post annum scirent privatos. Cum vero Tarquiniorum nomen Romanis odiosum esset, ac pulso Superbo, penes Collatinum Imperiũ esse ægrè ferrent; (quod Tarquinios privatos vivere non posse, suspicarentur) Brutus persuasit Collegæ suo ut consulatu depositò, ultrò in exilium abiret. Tarquinius timens, ne cum bonorum amissione, additaque insuper ignominiâ relegaretur; sponte se consulatu abdicavit, ac in voluntarium exilium concessit: eique Publ. Valer. Publicola (quo adjutore quoque Reges ejecti erant) in Comitiis centuriatis substitutus est. *Liv. Decad. 1. lib. 2.*

3. Licet post variis fortunæ procellis,

cellis, sub variorum magistratuum remigio Romana res jactaretur? Reges enim modò voluit populus, post Consules, post Tribunos militum, dein Tribunos plebis, eosq; annuos, modo Dictatores semestres, modo Imp. Consulare tamen Imperium usque ad Iul. Cæs. ætatē substitit; ubi suborta civili discordia cessavit, ac tandem Iul Cæs. bello clarus, devictis Gallis ac Germanis, invincibile robur exercitus sui, ad Reip. Romanæ libertatem opprimendam convertit: devictoque in Hispania Pompeio, potentiæ suæ æmulo, Dictatoris nomen sibi delatum, spreto odioso nomine Regis, perpetuo sumpsit: vim dominationis, inanibus titulis ac nominibus populo Romano exosis, præferens. Sed cum à civibus certatim honoribus cumularetur, insigniaque Regia ipsi pro rostris à Consule Antonio oblata essent; beneficiorum potentia, ipsis etiam liberis gravis esse cœpit. Nec diutius dilata donatio est; sed Cassius & Brutus

aliique

aliique patritii, in ejus cædem consenserunt, eumque in curia Pompeii, expeditionem Parthicam meditantem, invaserunt, ubi tribus ac viginti vulneribus ad terram datus est. *Plutarch. in Cæsare. Florus l. 4 c. 4.*

Hic opportune quæritur, num Iulius Cæsar, juste interfectus fuerit? Certè secundum jura civium, uti Cicero vocat, licuisse videtur civibus, quorum majores juramento Regnum detestati erant, eum evertere, qui libertatem, sine ullo titulo, opprimere conabatur. Quid si enim principi, ultimo supplicii genere in eum advertere licet, qui libertatis amans, sibi & Imperium, & vitam adimere conatur; Quidni etiam populo, Majestate pollenti, eum perdere licebit, qui libertatis jura violare, extremamque servitutem iis imponere conatur? Ac licet respectu præsentis Reipubl. nefariè fecerint, utpote quæ, teste Tacito & Dione, salva esse non poterat, nisi ad unum devoluto Imperio;

quod

quod & Pomponius *l.* 2. §. 11. *de orig. Iur.* ait: *Evenit: ut necesse esset, Reipubl. per unum consuli*; tamen excusari possent, quod Cæsar aliique turbationis ejus ac mutationis causam dederint. Cæterum de Controversia illa, utrum ei, qui quidem legitimo jure ad potestatis regimen pervenit, sed concessa sibi nequiter abutitur potestate, juste resisti possit? temerarium & intutum est pronunciare. Et licet in materia tyrannicidii politici, ac imprimis prætensæ reformatæ religioni addicti, satis operosè distinguant; Secura tamen magis Taciti sententia arridet: qui bonos Principes optandos, qualescunque, non aliter ac sterilitatem, hyemem, cœteraque naturæ mala, tolerandos esse, ait. Rebellionem pejora sequi pulchrè demonstrat Hattron *in tract.* quem *pietas & regnum* inscribit: Inviolabilis, *inquit*, dominantium credenda majestas, & id necessarium pignus publicæ pacis, ne scilicet aut pluribus, aut uno-

unoquoque seorsim succensentibus regi, & res novas attentantibus, periclitetur omnium salus, & ruat patria. Effinge avaritiâ, sævitiâ, libidine & cæteris vitiis dehonestatum Regem: plus tamen vel minima in eundem rebellio allatura est damni, quam vel maxima vitia regnantis. Quippe hujus immanitas aliquos tantum, mota arma & exorti tumultus cives omnes in exilium cient, scilicet distractis studiis, alii in Regem, alii pro Rege, neque in hunc omnes, sed in sese mutuo exsurgunt. Mirari etiam, & cum horrore occulto, intueri licet Dei Opt. Max. Iustitiam, tyrannorum & quorumcunque etiam Principum cædes vindicantem: taliumque exemplorum plenæ sunt historiæ; ex quibus notabile est imprimis illud Rudolphi Sueviæ Ducis; qui, cum contra Henricum IV. Imperat. electus, ac commisso cum eo prœlio in manu dextra graviter vulneratus esset: morti jam proximus ad familiares suos, refe-

referente Helmoldo *lib. 1. cap. 29.* dixit: videtis manum meam dextram de vulnere sauciam. Hâc ego juravi Domino Henrico ut non nocerem ei, nec insidiarer gloriæ ejus. Sed jussio Apostolica, Pontificumque petitio me ad id deduxit, ut juramenti transgressor, honorem mihi indebitum usurparem; Quis igitur finis nos exceperit, videtis, quia in manu, unde juramenta violavi, mortale hoc vulnus accepi. Viderint ergo ii, qui nos ad hoc instigaverunt, qualiter nos duxerint, ne fortè deducti simus in præcipitium æternæ damnationis. Et hoc dicens cum gravi molestia, diem clausit extremum. *Vide tamen Baron. An. Christi 1081 num. 9.* Ipsi quoque Cæsaris interfectores, facinus hoc non impunè tulerunt; ut apud Suetonium *lib 11. in fin.* videre est: Percussorum ferè (inquit) nec triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Damnati omnes, alius aliò casu periit, pars naufragio,

fragio, pars prœlio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violaverant, interemerunt.

5. Cæsare interfecto, Triumviratus Reip. ordinandæ institutus fuit: ac ad M. Antonium, C. Octavium, & M. Lepidum, summa rerum pervenit. Sed C. Octavius (quem Cæsar hæredem potentiæ reliquerat) exuto Lepido, ac interfecto Antonio, posito Triumviri nomine, Consulem se ferens, & ad tuendam plebem Tribunitio jure contentum: ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit; insurgere paulatim, munia Senatus, Magistratuum, Legum in se trahere, nullo adversante cæpit: quod ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent: ceteri nobilium, quanto quis servitio promptior, opibus & honoribus extollerentur; ac novis ex rebus aucti, tuta ac præsentia, quam vetera & periculosa mallent, *Tacit. lib. 1. Ann.* Romani itaque hunc rerum statum haud abnuen-

abnuentes. C. Octavio Imperium ultrò detulerunt. Eo enim per intestina bella redacta erat respublica; ut unius mallent imperium Romani, quam multorum: sub aliquo, quam sub nullo esse procedente tempore in verba ejus juratum. hinc initium legis Regiæ, cujus mentio *in l. ff. de constit. Princip. & l. 1. § sed & hoc stud. Cod. de vet. Iure enuc.* Omnes enim ferè Historici, qui de Romanis scripserunt, temporibus Augusti liberam Romanorum Rempublicam in Monarchiam mutatam esse referunt. Et ait Iureconsult. *in l. 2. de O. I. §. 11.* constituto principe datum ei est jus, ut quod constituisset, ratum esset. Hanc vero potestatem Principi concessam, sequenti demum tempore ab effectu & vi *Regiam* legem appellatam esse probabile est. Et hæc lex repetita esse videtur, vel tacitè vel expressè in successoribus Augusti; ut de Caligula, Suetonius scribit. *in vit. cap. 14.* Et de Vespasiano, attestatur fragmentum L.

Regiæ

Regiæ, æneæ tabulæ inciſæ, olim in æde Divi Ioannis Laterani, auctoritate Gregorii XIII. in Capitolium, vulgo Pallazzo di conſervatori, translatum, uti refertur à Mario Salomonio, *de Principatu lib. 6. Ant. Auguſt. in lib. de ll. in leg. Reg. Hotom. in com. verb. Iur. verb l Regia.* vbi prima verba ita ſe habent: Fœdus cum quibus volet facere liceat, ita uti licuit Divo Auguſto, &c. jam vero ante Auguſtum nulli fuerunt Principes; ſed is ſecundum omnes Hiſtoricos, primus fuit.

6. Imperium Romanum, tempore Cæſaris Auguſti, vi ſua & robore admirabili concorditer unitum à Conſtantino Magno diviſum fuit. Cum enim Conſtantinus Imperator, in omnibus perfectum Catholicum ſe exhiberet, & dies quidam more patrio feſtus appetiiſſet, quo in Capitolium exercitui aſcendendum erat, ipſe aſcenſum verbis contumelioſis inſectans, re divinâ proculcatâ, Senatus atque populi odium incurrit; cumque profe-

profectas ab illis injurias haud ferret; urbem quandam Romæ parem quæsivit, ac Imperii sedem, Byzantium transtulit; quam à suo nomine Constantinopolim vocavit; ac eadem omnino privilegia, immunitates, dignitates & honores, quibus antiqua Roma decorata fuerat Imperator Constantinopoli concessit; divisitque Imperium populi Romani in Orientale, cujus caput fuit urbs à se condita, tunc *nova Roma* dicta, & Occidentale cujus sedes fuit *antiqua Roma*. *Onuphr. Panuin. lib. 1. de Comit. Imp.* Hæcce Imperii mutatio in causa fuit, quod Constantinopolitani Imperatores, Occidentale Imperium penitus amiserint. Cæsares enim Romani in Oriente imperantes, cum longius abessent, ac Italiam, civilibus & externis occupati bellis, Longobardis ibidem grassantibus, negligerent; Populus Romanus ac Summus Pontifex externam circumspexêre defensionem. Cumque nulla illustrior, quam Francorum

corum Regum extaret familja, ad ejus opes longè lateque per Occidentem florentes, à Summo Pontifice ac populo Rom. respici cœptum est; ab iisque auxilium contra Longobardos impetratum. Ac Carolus quidem Magnus, filius Pipini Francorum Regis, natione Germanus, (natus enim est in villa Ingelheim, quæ duobus ferè milliaribus distat ab urbe Moguntina, *Crantz lib. 2. cap. 8. rerum Saxon. aliique quamplurimi.*) Italiam ingressus, Longobardos prælio vicit; Papiamque eorum Regni sedem, cum Rege Desiderio, in suam potestatem redegit. Romanâ sede à Barbarorum immanitate liberata, Carolus magnis honoribus & dignitatibus auctus est; Francorum enim primò, mox Longobardorum Rex inunctus est. Hæc dum gererentur in Occidente, Constantiuopoli Eirene mulier, filio Constantino Imperio privato, oculisque erutis (familiari Græcorum pœna) habenas sola susceperat tractandas.

Quod

Quod cum novum & inauditum esset; nec Romani in imperium fœminæ consentirent: Leo III. Pontifex consensu populi, Clerique rogatu, Carolum Magnum Occidentis Imperatorem salutat: ac inunctum, aureoque diademate redimitum, Augustum appellat VIII. Calend. Ianuar. *Vid. Onuphr. Panuin. de Comit. Imper. lib. 4. Dant. Aliger de Monarch. lib. 3. Ioan. de Parisiis, qui alibi nominatur Iohan de Poliaco, Concionator & M. Parisiensis Ord. FF. Pradicat. de potest. Reg. & Papali c. 16 Ludoic. de Babenberg de potest. Reg. & Imp. c 12 Card. Cusan de Concord Catholl. 3. c 3. VValram Episc. Naumbur. de investitura Episc. in princ. Coccin. de translatione Imper. ad Germ.*

7. Hac itaque ratione Imperium ad Francos antiquissimos Germaniæ populos, non ad Gallos uti perperam Bodinus existimat, in Carolo Magno Germano pervenit. Ita sensit Clemens V. in Clementin. C. Romani de jurejurando, ita Innocentius III. in Epistola

Epistola ad Berchtholdum Zaringiæ Ducem, referente Michaële Coccinio de Imp. à Græc. in Germ. translat. ubi fatetur sedem Apostolicam Romanum Imperium in personam Magnifici Caroli de Græcis transtuli isse in Germanos. Quod tamen ita intelligendum non est quasi solus Pontifex & clerus Imperii transferendi habuerint potestatem, sed translationem illam vim & efficaciam suam à consensu populi habuisse, ac Sedem Apostolicam transferentibus Imperium solum consensisse *Micha. Coccin. d. l.* idem quoque Panormitanus in Decretalibus asserit, Imperium scilicet ad Germanos esse translatum, & activè & passivè: id est quod Germani Imperatorem eligere habeant; & quod solum Germanus eligi debeat Imperator.

8. Intermortuâ in Ludoico ejus nominis IV. stirpe Carolinâ omnis Francorum Saxonumque nobilitas, Ottoni Saxonum Duci sceptrum &

diadema regni tradidit, qui senium causatus, generoso animo id recusavit; effecit tamen, ut Conradus Metensium & Francorum Orientalium Dux eligeretur; quod ejus tenues vires ad Procerum potentiam, tunc precariam stabiliendam aptæ videbantur. *vid Luitprand. lib. 2. c. 6. 7. An.* 914. morbo tandem correptus, adversario suo Henrico, Regnum dari voluit, an cupiditate vindictæ, quod iisdem casibus eum objici vellet; an amore in rempubl. ejus ingenium rebus gerendis, magis aptum existimans. Conrado mortuo, Henrico imperium delatum; qui à legatis in aucupio inventus, auceps dictus, hos Itali Imperatorum Catalogo non inserunt; quod à summo Pontifice Consecrati non sint. Henricus oblatam ab Ægerio Papa consecrandi ceremoniam dicitur neglexisse; addito se eâ indignum, Henricum Otto Saxoniæ Dux excepit, à Iohanne in Italia contra Berengarium vocatus, eoque ejecto, ab eodem

dem solemniter consecratus. Hunc Itali primum Imperatorem ex Germanis nominant. Stetit autem Imperium in Henrico Aucupe, Ottone I. II. III & Henrico II. centum sex annis penes Saxoniæ Principes ad Franconiæ duces in Conrado II. rediit, pœnes quos, in Henrico III. IV. & V perseveravit. Defuncto Lothario II. Saxone, ad Duces Sueviæ in Conrado III. Friderico I. Barbarossa, Henrico VI. Friderico II. Conrado IV. devenit. Mox ad familiam Luzenburgicam in Henrico VII. Carolo IV. VVenceslao & Sigismundo ex familia vero Suppliburgensi Lotharius, è Brunsvicensi Otto ad imperium evecti sunt. Ex Nassavia Adolphus, è Ducibus Bavariæ Ludoicus, è Comitibus Palatinis Rheni Rupertus, è Marggraviis Misniæ Henricus, Ludoicus gravis, & Fridericus sapiens; è Landgraviis Hassiæ Ludoicus, è Comitibus Schvvartzenburgicis Guntheus, omnibus Germaniæ Principibus;

è Regum vero & exteris familiis illustribus, Alphonsus ex Sereniſſima Hiſpaniæ domo; Richardus ex Anglia; VVilhelmus, Comes Hollandiæ, Sereniſſimâ autem familiâ Auſtriacâ nulla fuit Impp. fertilior, quæ nobis jam 12. dedit Cæſares, Rudolphum I. Albertum I. & II. Fridericum IV. Maximilianum I. Carolum V. Ferdinadum I. Maximilianum II. Rudolphum II. Matthiam I. Ferdinandum II. & Ferdinandum III. modernum ſemper auguſtum; & hoc citrâ invidiam ſit. Novum enim non eſt familiæ, ad quam ſemel devoluta eſt Imperii Majeſtas, magnam haberi rationem; cum & id, aliis in regnis, quæ liberrimæ ſunt electionis, factitatum eſſe legamus. In Polonia enim Iagellonica ſtirps, ita honorata fuit, ut Stephanus Batori cum ea fuerit conditione electus, ut duceret ex ea familia Virginem, quamvis jam effœtam. Quid vero Electores S.R.I. moverit, quod à tot jam annis, continua

nua serie, Austriacis commiserint Imperium; nostrum, non erit judicare: ducti præcepto Senecæ, *de tranquillit. animi c.12.* Qui secretorum inquisitionem, & multarum rerum scientiam, quæ nec tuto narrari: nec tuto audiri possunt, pro deterrimo ætatis suæ vitio professus est. *Vid. Cassan. Hiat obstruct D. Francisc Zypai, lib 3. c.11. in Act. publ. to. 2. Iudicium de Corona Imperiali Marchionis Anspacen. & Principis Anhaltini. pag. 560. pag. 640.* Politisch Bedencken ob das Römische Reich noch bey freyer Wahl stehe / oder ob es bey dem Hauß Oesterreich erblich worden. *D. Lyndenspur. in elegantiss monit. polit. ad A. B. tit. 2.*

CAPUT II.

De Imperii & Imperatoris statu, dignitate & præeminentia.

I. ROmanum illud Imperium, quot toto fere orbi olim leges præscripsit, angustis ho-

die cancellis includitur, alia pactionibus, alia derelictione in aliarum gentium ac Regum potestatem transiere, de cujus incremento accuratissime scripsit *Leonh. VVurfbain in relat. Hist. & amplissimis D. D. Lindenspur in elegantissimo suo tractatu de famil. illust. orig. & mutat c. 7.*

Africa à P. Scipione ditioni Romanæ addita, mox Vandalis cessit. hodie partim Turcis, partim Hispano (qui loca quædam munita in ora maritima possidet) maxima vero ex parte Regi Abyssinorum paret. qui ex Salomone & Reginæ Candacis prosapiâ ortum se se jactitat; religionemque Christianam Iudaicis ceremoniis immixtam profitetur.

Asia jam dudum imperio Romano subtracta, à Turcis, Persis, Mossis, Tartaris, aliisque populis detinetur.

Europæ minima pars imperio reliqua. Italia Romani Imperii olim sedes & domina, ab imperio auulsa, & in partes divisa, à variis detinetur.

Provin-

Provincias & urbes quæ patrimonio D. Petri includuntur ; Titulo donationis ſummi Pontifices ſibi vendicant. quas ex Caroli Magni & Ludovici tabulis recenſet Carolus Sigonius *de Reg. Ital. lib 4.*

Lombardiæ civitates, ex fœdere cum Imperatore Friderico inito, *ex conſtit. de pac. Conſtant.* ab imperio ſe eximunt. *Sigon. d. tract lib. 4. fol 338.*

Florentini pretio libertatem emptam volunt. Idem aſſerunt Genuenſes. quorum libertati cauſa illa Finarienſis, non parvum vulnus inflixit. regerunt tamen, controverſiam fuiſſe non de ipſa civitate, ſed marchionatu Finarienſi, quæ imperio paret. Veneti præſcriptione ſe tuentur, legibuſque ſuis ſe relictos ajunt in diviſione Imperii Orientis & Occidentis inter Nicephorum & Carolum Magnum initâ.

Hiſpani, quod Arabum jugum, Cæſarum auxilio deſtituti, propriis viribus, ſanguine, excuſſerint, Romanos ſpreverunt.

Gallorum exemptionem ad Caroli Magni nepotes refert VVurfbain. *relat. histor. part 5.* alii vero, ad Childerici & Clodovei tempora. *Thuan. l. 1.* Britannia Gallorum Regis metu Innocentio III. tributaria facta, *Ant. Florent. p. 3. Hist. tit. 9. §. 15. Gilken, de præscript. p. 3 c. 6. n. 56.* tandem & Imperii, & Ecclesiæ jugum excussit.

Hungariam quondam imperii provinciam, Rex Stephanus, ejus clientelam summo Pontifici deferendo, exemit. *Azor instit. moral. lib. 3. c. 6. §. Hungaria. p. 2. R. A. de Anno 1166. §.* über voriges *ibi* da doch solche Landschafft / videlicet Hungaria, im Heyligen Reich Teutscher Nation in nichts verwandt oder zugethan.

Polonia Caroli Magni armis subacta, tacite imperio repudium misit *Frising. lib. 1. c. 17.* Boruſſia virtute Theutonicorum militum imperio adjecta, ejusdem ordinis magistro cessit; cum imperii tamen reservatione. quam Polonia deinde gravissimis bellis

lis afflixit, Albertumque Brandeburgicum adegit, ut invito etiam Cæsare clientelare præstaret obsequium; sic ex Magistro Dux factus est. *Schleid. lib. 5. comment. circa fin.* quamque antea usu fructus titulo obtinebat, jure proprietatis possidendam ad hæredes transmisit. *Thuan. lib. 1. Hist.*

Livonia à Friderico I. ad cultum Christianum redacta. *Krantz in Saxonia c. 14* invalescente Moscovitarum crudelitate, & viribus Germanorum deficientibus, Sigismundi Poloniæ Regis clientelæ se permisit. *An. 1561. Gualth. in Chronol. Eccles. polo. An. 1561.*

Nec Helvetii hodie majestatem imperii, nisi comiter observant; licet acceptæ libertatis beneficium ab Imp. sibi confirmari sæpius postularint.

Sabaudus vicarium Imperii perpetuum se vocari vult, & ab eodem plane eximi.

Lotharingia à Iurisdictione Cameræ licet privilegiata sit; deinceps tamen

men Ducatum ab imperio, sub fide clientari accipit.

Emptione itaque & præscriptione præcipue Exemptorum nititur libertas; quibus tamen imperii jura transferri negant Iurisconsulti. Baldus imperii alienationem Principi haud concedit, *in C intell extra de Iurejurando.* Et non ad Principem, sed imperii corpus, proprietatis dominiique universalis jura pertinere docent. Peregrin. *de jure fisci. lib. 1. tit. 3. n. 74.* cui conveniens est illa clausula, constitutionibus Imperii & privilegiis inscribi solita, vnſern vno deß Heyligen Reichs ſtänd/ lehen/ ꝛc. quæ absque dubio vera sunt in regnis, quæ lege, aut electione populi deferuntur: cum præsumi non debeat, eam fuisse populi aut legislatoris in transferendo imperio mentem, quod pro libitu id in partes scindere, & alienationibus integrum sibi concreditum corpus mutilare, principi liceat. hinc *Kranzius l 2. Dan. c. 4.* ut rem novam notat in Vnguino,

guino, quod is Norvegiam, contra Germanorum mores, testamento reliquisset. Aliud vero jus in imperii corpus tribuendum est iis, qui id bello justo nacti sunt; aut in quorum protectionem populus ita sese tradidit, ut nihil exciperetur, quales pleno proprietatis jure Imperium habere, juri gentium convenit, humanaque dictat ratio. Sic Darius regnum bello partum Artaxerxi, Cyro civitates legavit. *Iustin. lib 5.* Præscriptionem etiam jure civili inventam, à superioritate & obedientia subditos haud eximere asserunt. Baldus *de præscript. 1. p. 5. part. princ. q 2 n. 2. ex eo Natta. cons. 636. Cravetta de antiquitate temporum C. incipit materiæ ista significat n. 72. Chassan. gloriæ mundi, post 5. consil. 27. vers. & nulla civitas.* Aliique quam plures. Quod presumendum non sit, Principes in regni proprii diminutionem, præscriptionis tempora constituisse. Verum, quin imperantis longa patientia, ad pariendam populo liber-

libertatem sufficiat, haud dubito. Ratio siquidem societatis humanæ non patitur, actibus animi sufficienter declaratis, nullum esse effectum. quod itaque sufficienter indicatum, id pro jure habendum contra eum; qui indicavit. Quod cur apud Principes, non æque ac privatos locum habeat, non video. manifestum est, abdicationem potestatis, accedente populi consensu. penes imperantes esse: ei renunciasse itaque censendi sunt Principes, qui externis actibus, tantique temporis cursu, quo animus & mens abunde satis intelligi potest, se imperium in populum non adfectare, demonstrarunt. venit hoc non ex jure civili, sed naturali præsumptione, quâ voluisse quis creditur id, quod sufficienter declaravit. *l. Labeo ff. de pact. l. recusari ff. de acquir. vel admittend. hared.* & hoc sensu accipi potest quod *Vlpianus* ait juris gentium esse acceptilationem. Nec me movet præsumptio illa quæ neminem credit voluisse jus

suum

ſuum jactare; Præter id enim, quod imperia magna, magna ſint onera, & arduum ſit (dicente Tiberio Imp. apud Tacit. *1. annal.*) & ſubjectum fortunæ, cuncta regendi onus, & che i Principati altro non ſono, che peſi inſupportabili, materie piene di tanti difficultadi, è di tanti pericoli, che in quelle loro lautemenſe, da gli huomini geloſi tanto invidiate, bocconi alcuno non guſta, che loro non puzzi di arſenico. *Bocca. Ragg. di parnaſſ. cent. 2. reg. 71.* Validior eſt altera, quâ credibile non eſt, quenquam voluiſſe id, cujus tanto tempore nullam edidit ſignificationem. Seditioſe vero ii ſentiunt, qui ſubditis licere ajunt, pro lubitu, ſe in libertatem vindicare: Imperiorum exordia ut violenta & vi parta, ita vi diſſolvi poſſe: juris eſſe eodem vinculo diſſolvi omnia, quo colligata ſint. Nam contra reputando, vi parta imperia, ex voluntate & tacito populi aſſenſu, firmum jus & robur accipiunt, adeò ut qui tale impe-

rium obtinenti se opposuerit, pro rebelle & contumace habendus sit. Agrippa apud Iosephum *de bello Iudaico lib. 2 c. 16.* modesta est novitas (inquit) servitutis, quam ne utique subeas justum suscipi certamen videtur; qui vero semel subjectus est, & deinceps deficit, contumax magis servus, quam amator libertatis ostenditur. Ego vero litem hanc meam non facio, sed cum Cominco rerum gestarum scriptore acutissimo, concludo; quod nolim de his judicare, quorum hæreditas in cœlo dividitur Et parum proficiunt Doctores qui legibus ea dijudicant; quæ non nisi armis obtineri, queunt.

2. Donatio imperii occidentalis, quæ à Constantino M. Summo Pontifici facta esse dicitur, magno tam Catholicorum quam Acatholicorum interpretum & scriptorum numero operosissime oppugnatur; cui Legatus quidam Venetus dicitur accommodasse id, quod Donatus olim Reipub. Ve-

netæ

netæ Legatus Alexandro Pontifici Maximo de jure quo Veneti maris Adriatici possessionem sibi vindicarent quærenti, respondisse fertur. V.S. dignetur mihi ostendere instrumentum Patrimonii D. Petri & a tergo maris Adriatici Donationem nobis factam inveniet. Pius II. Pontifex, antea dictus Æneas Sylvius, celebri familiâ Piccolominiorum Senensium in Hetruria oriundus, insignis antiquarum rerum indagator, stolidos & miseros ait esse Legistas, qui tantopere sudarint in donatione illa, an legitima? quæ nunquam facta sit, sed forsan hæc, uti multa alia ubi Pontificatum adeptus est, revocavit. Verum mihi inde donatio hæc dubia & suspecta est: quod ejus temporis celeberrimi scriptores, Theodoretus, Rufinus, Beda, Zonaras, Nicephorus & Eusebius qui quinque integros libros de Constantini M. vita scripsit, aliique quam plures, tam immensæ donationis nullam mentionem faciant; tum quod

in divisione paulo ante Constantini M. discessum inter ejus filios instituta, si Eusebio *l. 4. c. 51. d. vit. Constant. M. & Zosimo l 12.* Nicephoro *lib. 8. hist. Eub. c. 53.* credimus, Constantino. Constant. M. filio Alpium pars, Gallia, Hispania, Britannia, Orcades, Hybernia, Thyle. Constanti Italia, Africa cum insulis, Illiricum, Macedonia, Achaja, Peloponnesis, & Græcia; Constantio, Asia & Thracia obtigit. Quid vero S. Pontifici hic reliquum manserit, non video.

Imperium Romanum tot licet sectionibus ab aliquot jam sæculis ita imminutum sit, ut ejus quadragesima pars vix supersit, sola tamen Germania, fœcunda viris, invicta armis ejus majestatem adhuc abunde tueri posset; ni in se conversa proprias vires intestinis discordiis confecisset. Germanorum illa potentia, quæ Romanos Imperio universi exuit, cum in divisa trahitur studia, misere conflictata jacet

cet id olim prædixit Galatis D. Paulus *ad Galat. 5. vers. 15.* si invicem mordetis & comeditis, inquit, videte ne ab invicem consumamini. Idem vaticinatus est Isaias Israëlitis 9. v. 20. unusquisque carnem brachii vorabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manassem, simul ipsi contra Iudam. At viderint ii, qui vicinorum potentiam in Germania stabiliverunt, ne dum licentiam quærunt, libertatem quæ gravis eis visa, amittant; cunctaque exteri discordiis civilibus fessa sub Imperium suum accipiant. Omnia in bellis civilibus (inquit Cicero *ad fam. Ep. 9. & 8. l. 12.*) misera sunt, sed nihil miserius quam ipsa victoria; in qua scil. non ea solum fiant quæ velit victor, verum etiam ut iis mos gerendus sit, quibus adjutoribus parta est victoria. Quod periculo suo expertæ sunt olim Græciæ civitates, quæ dum singulæ imperare cupiunt, imperium omnes perdiderunt; quippe in mutuum exitium sine modo ruentes, omnibus pe-

rire, quod singulæ amitterent, non nisi oppressæ senserunt: siquidem Philippus (narrante Iustino *lib. 8.*) Rex Macedoniæ, velut è specula quadam libertati omnium insidiatus, dum contentiones civitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoresque subire regiam servitutem coëgit. At faxit Deus, ut tandem Principes spretis civilis belli conditionibus, pacis læta commoda sectentur.

3. Attamen in eo non parva est Imperii nostri prærogativa, quod sit omnium ferè judicio, quarta illa Monarchia, de qua Danielis loquitur vaticinium; cui perennem & cum ævo duraturam fœlicitatem divina ominantur miracula. *Dan. 2. & 7. Cluten. in syllog. rerum quotid. Conclus. 1. lit. G. Besold. de Iurisd. Imp. Rom. c 3. & in polit. de majest. in gen. c. 4. §. 5. Zierit Z. de Princip. inter se prærogat. apud Arumæ de Iur. publ. Vol. 2. diss. 34.* Licet enim per statuæ, quam in somno vidit

dit Nabuchodonoſor, pedes partim ferreos, partim fictiles, Propheta Daniel, ultimæ Monarchiæ potentiam valde attritam iri, ſignificari voluerit; tamen quia planta pedis fuit ferrea, ejus firmamentum, ac nomen, uſque ad Chriſti adventum (qui rebus omnibus humanis finem imponeret,) manſuram, multi opinantur. Quod & experimur, nam tenuem hanc Imperii poſſeſſionem, quam vis multi conati ſint evertere, ac magna perfecerint, majora etiam ſibi proponant; non tamen ſeminarium iſtud Imperii quod reliquum eſt, evertent. Nec ideo quoque Imperium Romanum eſſe deſiit, quod Italia, Gallia, aliiſque regionibus avulſis, id diminutum ſit: cum Imperium in partibus adhuc conſervatis totum perſiſtat; adeoque ut ubi Imperator eſt, ibi quoque Romanum cenſeatur eſſe Imperium. Si quidem id non in parietibus ac urbe Romana, nec in latifundiis Galliæ, aut Alpibus Italiæ conſiſtit; ſed univerſum perva-

gatur orbem, haud secus ut servitus non includitur loco; sed fundo quæsita, per partes ejusdem indivisa retinetur. *l. ut pomum §. si prædium ff. de servitut. Heig lib. 1. qu. 2. num. 31. Arumæ ad Aur. Bull. Discur. 4. in prin.*

4. Quamvis Imperium Germanicum, populorum aut regionum ambitu, reliquis Regnis infirmius videatur; coadunata tamen potentia, fortitudine, & permanente majestate orbis universi regna, longe lateque post se relinquere, constat. *Arumæ. disc. iu. publ 1. Vol. 1.* Et si Germanorum Principum, unitum foret robur, capitique suo fideliter assisterent, omnis profecto potestas contraria, parva videretur. Quis enim non videt, dignitatem ac potentiam procerum Imperii esse ingentem, & quot status, tot gemmas in ista Imperii purpura contineri? Hinc Carolus V. Imperator dicere solitus fuit, se aliis in regnis ac ditionibus mancipiis & servis; at in Germania liberis ac regibus imperare. Ac

sane

ſane majeſtatem & potentiam Imperatoris ac Imperii Romano-Germanici, ut plurimum jura illa regia Principibus conceſſa, protelariè teſtantur; ſiquidem Imperatoris non tantum augetur honor & majeſtas dignitate ſubditorum, verum etiam ejus ſtatus potentior, magis honorabilis, magiſque timendus efficitur. *Bald. c. intellecto n. 5. de jurejur. Knich. de jur. territ. c. 1.* tanto enim quis eſt major & potentior, quo majoribus ac illuſtrioribus præeſt: §. *nos igitur nov. 15. Gloſſ. ibid.* eoque nobilior exiſtimatur, quo nobilius habet ſubjectum. § *fin. Novell 5. Capyc. deciſio 27 n 23 n addit.*

5. Hoc quoque inſigne decus ad Romani Imperatoris dignitatem accedit: quod uti antiquitus Imperium Romanum Reges dabat Iudæis, aliiſque populis: ita quoque poſtquam ad Germanos id devolutum, eadem reverentia manſerit ut Imperatores noſtri, Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ, & Sueciæ Principes, dignitatibus Re-

galibus ornarint. Sic Canuto Duci Daniæ, Fridericus I. regia dedit stemmata. *Trith. c. 17.* Otto III. Polono dignitatem Regiam attribuit. *Sleid l. 3. de monarch.* & Fridericus I. An. 1164. Regem Sardiniæ creavit. Frideric. IV. autem Carolo Burgundo tanta honoris regii insignia ambienti, recusavit. *Crus. annal Suec. part. 3. lib 7. cap. 9.* Ac licet alii reges in suo regno, eandem, quam Imperator in Imperio obtineant potestatem: non tamen creant Reges; cum sibi pares facere nequeant. *Rosenth. c. 8 q 15. in not. Gloss. Reink. de regim. sac 1. class 2. c. 7. nu. 60.* Imperatorem ergo regum creatorem; jure merito Reges, tanquam eius creaturæ, suspiciunt ac venerantur.

6. Nec dubium ullum est. quin omnes orbis Christiani principes Imperatori nostro, tanquam Capiti ac Regum duci, loco cedant. *D Besold. in polit de majest. in gener c. 4. n. 4.* imò Glossatores & Citramontani, & post illos Ant. Quett. *cons. 1. nu. 7. 8.* Zoanett.

nett. *de Rom. Imp. nu* 149. Hering *de fideiuſſ. c. 7. n. 568.* Sigiſm. Scacc. *de appell. queſt. 16 lim. 5. n 5.* omnes principes ac Reges, Imperatorem ſuperiorem agnoſcere de jure obſtrictos eſſe, communiter cenſuerunt. Quod & de ſe Henricus Rex Angliæ in epiſtola ad Frider. I. Imperatorem fatetur, quam recitat *Radevic. lib. 3 c. 7 de reb geſt. Frideric. I.* ita *Gunther lib. 6. Ligur.*

Sic tamen, hic ut tu, qui me cunctoſque per orbem.
Præcellis Reges, ius arbitriumque iubendi
Vt decet obtineas: mihi ſit parêre neceſſe.

LIBER

LIBER II.

De capite Imperii, Rege Roman. & Vicariis.

CAPUT I.

De constitutione Imperatoris.

1. IMperium Romano-Germanicum, cum constet, capite & membris; ac caput Imperii sit Imperator, A. B. *tit* 2. §. Ich N. Ertzbischoff ibi ein Weltlich Haupt/ membra vero ejusdem sint status & proceres Imperii: unde dicuntur Glieder deß Reichs/ R. A. *de anno* 1546. ordo subjectæ materiæ, ut prius de capite Imperii, quam ejusdem membris dicatur, postulare videtur. ac in primis quidem de ejus constitutione.

2. Modus legitimè perveniendi ad Imperia & regna duplex ferè apud gentes receptus est: successio & electio.

ctio. Optandum nè verò magis sit, per suffragationem ut ascendat ad Imperium Monarcha, an jure successionis accipere eundem, subditis ac reipubl. magis expediat? diu, varieque à variis discussa, nondum decisa quæstio est. nos in Hypothesi nihil plane definimus: cum potius in consilio status, quam scholis de constituta deliberandum sit republica, diuturnus quod firmavit usus, id observandum omnino: quippe in suo quæ statu eademque manent, plus reipubl. utilia sunt iis quæ vel meliora per innovationem inducuntur. In Thesi verò suique natura, præstantior videtur electio, ut quæ fatuos ac juvenes à republica arceat, quos successio sæpius non sine summo Reipublicæ periculo obtrudit, quod satis Gallicanæ probant Historiæ. *Bornard. de Girard. tract de l'Estat de France, lib. 1, fol. 53. 54. 57. 91. & lib. 2. fol. 140.* Sapienter Senator quidam apud Vobiscum in Tacito, Dii avertant Principes pueros, & Patres

tres Patriæ dici impuberes, & quibus ad subscribendum magistri litterarii manus teneant.

3 Imperium Romanum à Iulio Cæsare Dictatore fundatum, atque ab ejus adoptivo filio & hærede Augusto miris artibus stabilitum, hæreditarium primò fuit. Divus enim Augustus Tiberium Cæsarem, Tiberius C. Caligulam hæredes potentiæ reliquerunt. Cajo cæso, electio principium habuit; quæ tribus aut quatuor Imperatoribus exceptis, Nerva, Maximo, Baldino, ac Tacito (quos ex S. C. renunciatos fuisse constat) penes milites semper fuit. Duplex deinde facta est succedendi ratio: aut ex militum electione, aut ex Imp. voluntate. Cum vero Imperium Occidentale ad Francos pervenit, Carolus M. ex Romanorum lectione, tres sequentes solâ hæreditate quatuor vero posteriores ex hæreditate quidem, accedentibus tamen Romani Pontificis, Romanorum, ac Francorum consensu & approbatione. Ludovicus ve-

ro Arnulphi filius jure hæreditario Germaniæ regnum post patris obitum obtinuit: quo demum fine filiis vita functo, ac Imperio ad Saxones ac Francones translato, pura electio esse cœpit, quæ adhuc in Imperio nostro viget. Hinc Guntherus, *lib.* 1. *Ligurin.*

Regibus est aliis potiundi iure paterno.
Certa fides, sceptrumque patris novus accipit hæres.
Nos quibus est melior libertas iure vetusto,
Orba suo quoties vacat inclyta principe sedes,
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus.

Capitulatione quoque cavetur, ne liberrimis votis electi, Imperium se ex successione, sed electione habere statuant.

4. Quoties itaque vacare contingit Imperium, Electores convenire in unum, & Regem Romanorum in Imperatorem promovendum eligere, officii & jurisjurandi necessitate obstrin-

stringuntur. *A. B. tit. 1. & 2.* Vacare autem Imperium dicimus, non solum morte Imperatoris: *A. B tit 1.* sed & resignatione in manus Electorum facta. Vti Carolus V. *teste Thuan. lib. 11.* Quibus & addunt degradationem: de quâ tamen parcè loquendum. Et de VVenceslai depositione, an legitima fuerit, adhuc disputant Doctores. *VVehner. de Metamorph. Rerumpubl. c. 1. fol. 7 Reink. de regim. Eccles. & secul. 1. class. 1. c. 5.* Rex enim non postulatur ut Medicus, cujus imperium durat, quamdiu placet Ægroto. *Vietor. de exempt. conclus. 14.*

Caput II.

De personæ eligendæ qualitate.

1. VIgore ordinationis ac legis ab Otthone *III.* Imperatore latæ, *Cuspin. in Ott III. Munst. l. 3. Cosm. in Greg. V. Nic. Reus. in Geneal. tit. Icon. Impp. & Elect. Sax. in Otto-*

ne

ne III. aliique quam plures, quos citat Buxtorff. *ad A. B concluſ.* 31. nec non longiſſimæ conſuetudinis, non niſi Germanus Imperio Romano-Germanico præficitur. *Reinck. de regim. ſac. 1. Claſſ 3. c. 4. Beſold. de ſucceſſ. & elect. 2. diſſ 1. n. 9. Otto I. P. pag. m.* 115. Lege cautum eſt, dicebat Moguntinus, qui ut Elector & Archicancellarius imperii optimè callebat, ne decus imperii ad exteros transferatur. *Sleid. lib. 1. Comm.* Quam legem ideò legibus imperii annumerandam eſſe cenſemus, cum *Althuſio, c. 6. in polit.* quâ ceu fundamento nititur imperii moles; adeò vt vigente eâ, imperium in Gente Germanicâ florere, eâ verò neglectâ concidere paulatim, neceſſe ſit.

2. Non tamen neceſſe eſt eligendum in Germania natum eſſe; ſed ſufficere credimus, ſi patre Germano, etiam extra eam in lucem editus ſit. *Arg. l filios. C de municip l. 1 ff eod. l. adſumptio. §. filius. ff. eod. l. 1. §. 2. eod. Bart. ad l. 1. n. 4. ff. eod.* Sic Fridericus

II. Im-

II. Imperator, in Sicilia quidem lucem aspexit, attamen quia Henrico VI Imperatore, Germano, natus erat, ad imperium evocatus fuit. *Peucer. lib. 5. Chronic. in vita Friderici II.* Quod & locum habere censemus in avo respectu neporum, cum tunc non in patris, sed avi sint potestate; §. *fin. Instit. de patr. potestate.* pro exemplo adducimus Carolum V. & Ferdinandum I. fratres, ac nepotes Maximiliani I. Imperatoris, ex filio Philippi qui pro Germanis fuerunt habiti à Gœden. *Conf.* 1. *n.* 2. quod præmortuo patre eorum Philippo Rege Castellæ ante avum, erant in potestate avi paterni, qui Germanus erat & Archidux Austriæ.

3. Imperator item eligi debet, qui ex familia sit Illustri; sub Illustribus autem familiis comprehendimus etiam Baronum, Comitum eminentium stemmata; quorum ex classe ad Imperium evectum VVilhelmum, Rudolphum, Adolphum & Guntherum

rum legimus. *Buxtorff. diſc. ad A. B. theſ. 31. lit. A.* Quod & vetus textus requirit apud *Goldaſt. n. 37.* Die Fürſten ſollen kieſen einen König/ der ein freyer Herr ſeye / vnd alſo alſo frey/ daß ſein Vatter vnd Mutter frey ſein geweſen/ vnd nit ſollen mittel frey ſein.

CAPUT III.

De perſonis eligentibus Imperatorem, Electione & Coronatione.

INter Henrici *I.* & Friderici *II. Imp.* tempora, ab omnibus *Imperii* Principibus, tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, *Imperatores* electos fuiſſe; ab obitu Friderici *II. Imp.* cum *Inter-regnum Imperii* ad annos plus minus 23. protrahebatur, inter alia quæ illo temporis intervallo in imperio conſtituta ſunt, etiam ſeptem Electores inſtitutos fuiſſe multis probat Onuphrius Panvinus: *de Comit. Imp. c. 6 9.* Quo vero anno, vel quibus de cauſis, aut à quo Pontifice, vel in quo Germa-

norum

norum principum conventu, aut Generali consilio id factum sit, sibi in compertum, ac à scriptoribus prætermissum esse, addit *ibidem* Panuinus.

2. Electores autem S. R. *I.* sunt septem, tres Ecclesiastici, ac quatuor Sæculares: Ecclesiastici sunt Archiepiscopus Moguntinus, Trevirensis, & Archiepiscopus Colonienſis, Sæculares vero, Rex Bohemiæ, Dux Bavariæ, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgensis. Quos omnes vacante *Imperii* Sede, Archiepiscopus & Elector Moguntinus, tanquam Collegii Electoralis Decanus, *Restaur. Castald. de Imp. q. 9. num. 6.* & Germaniæ Archicancellarius, *R. A. de anno 1555. §.* So sich dann. ibi: seine Liebd: als ErtzCantzler deß Reichs/ intra mensem à die mortis *Imperatoris*, ad electionem convocat, *A. B. tit 1. §.* wann es darzu kommen. *Act. publ for 1. lib. 4. p. m. 421* ut spatio trium mensium, in loco electionis sint præsentes personaliter, vel per legales suos nuncios.

Et

Et debet futura electio, non regni proceribus, sed ipsi Electori, etiam extra ditionem Electoralem versanti, intimari, ut fusè disputatum fuit in Comit. Francofurt Anno 1619 *Vid. Mercure Francois tom. 6. fol. 44. & seqq.* Nec tempus illud poterit à Moguntino limitari, nisi gravissimam ob causam; ut si Imperio periculum ex mora imminere posset. *Arumæ ad A. B. disc. 1. Thes. 31. Buxtorff. ad A. B. Thes. 20. lit f.* Moguntino in convocandis iis tergiversante, ipsimet proprio motu, etiam non vocati, pro fidei suæ virtute, qua sacrum prosequi tenentur Imperium, convenirent, *A. B. cap 1. §. 19.* unde apparet, ex hac convocatione, nullum Moguntino in reliquum corpus Electorale jus competere; aliud quippe est rogare, aliud ad conventus cogere. *Idem* verò jus olim Palatino competiisse, evincit Arumæ *ad A. B. ad cap. 1 Buxtorf. hic thes. 15.* & hoc exercuisse An. 1440. Rupertum Palatinum Rheni docet Paul.

Paul. VVindeck. *in Comm. de Elect. Imp. c. 22. Cuspin. in Ruperto Sächs. Landr. c. 27. §. 3.* omnes convocandi, adeo, ut si unus Electorum vocatus non fuerit, plus ejus contemptus electioni, quam cæterorum contractio, obsistat. *Cap. Venerab. ext. de elect & elect. potest. Aruma. ad A. B. disc 1. Thes 25. D. Besol polit. de iur. univers. c. 4. n 3. Gewold. de septem viratu. c. 6. n. 58.* possitque contemptus, electionis annihilatione, injuriam vindicare. *Aruma. ad A. B. d. l. ubi hoc multis exemplis illustrat.*

3. Vacante Sede, Capitulum ad Electorale Collegium non admittitur; privilegium enim hoc personale est, quod ei solum competit, qui ad unam ex Metropolitanis Sedem legitimè adscitus est. Licet enim alias omnis Iurisdictio vacante Sede apud Capitulum remaneat; ea tamen, quæ speciali lege competunt, eidem non cedunt. *Gail 1. Obs. 30. Aruma de Comit. cap. 4, num. 108.* ubi falsitatis arguit

&

Goldastum *lib. 3. c. 6. nu. 26. in Bohem.* & demonstrat, non capitulū sed ipsum Fridericum Electorem Colonienſem, Electioni Maximil. *II.* interfuisse.

4. Ad Electores vocatos spectat paritio; poterunt tamen justa de causa per procuratorem, vel nuntium comparere. *A. B tit. 28. §. 6.* qui plenum ac sufficiens habeat mandatum: non vero ad certam familiam ac personam adstrictum, *A. B. tit. 1. §.* auch ſetzen & §. Vnd welcher / *& cap. 19.* Licet alias procuratori mandatum dari possit, ad certam personam eligendam, *c. ſi quis iuſto §. porro de elect. c iuſto §. porro Elect. in 6.* Veluti VValdemarus Marchio Brandeb. (referente Albert. Crantz *in Saxon. l 9. c. 8.*) Legatum suum, de Friderico Austriaco, nomine suo eligendo instruxit, eumque Ludovicum Bavarum, contra mandatum eligentem in carcere fame enecavit; cum pomum in conspectum ejus appendi curasset, quod tamen tangere non posset, omni alio præterea alimento denegato. §. In

5. Integrum etiam erit Electoribus, vices suas uni ex suis collegis demandare. Isque duplicem habebit vocem; aliàs enim absque ullo effectu vices suas alteri Elector committeret, *Arumæa. B. Discurs 1. Thes. 28. Reinck. d. l. num 16, Lymnæ. de iur. pub. lib. 2. c. 3. nu 68.* Sic VVenceslaus Bohemiæ Rex, defuncto Rudolpho Cæsare An. 1290. vices suas Electori Moguntino commisit: unde Moguntinus in instrumento super hunc actum facto, dicit: Haben wir auch mit willen vnserer mit Churfürsten seine stelle eingenommen vnd so wol für vnsere Person/ als an statt vnd von wegen vorgemelten Königs in Böhmen/ den Durchleuchtigen Fürsten vnd Herrn Adolphum zu einem Römischen König erwehlet. Sed extraneus non est nominandus procurator, verum collega & coëlector. *cap. Quia propter §. illud autem. extr. de elect. & elect. potest.*

6. Elector legitimè vocatus, si neque personaliter, neque per nuncios compa-

compareat, electionis voce pro illa vice privatur; nec ejus absentia alios impedit, quominùs ritè eligere possint. *Idem si ante finitam electionem discedat. A. B. cap.* 1. §. *Princeps.* 21. *R. A.* zu Regenspurg. *de An* 1541. §. wir auch Churfürsten / *ibi.* Wo aber jemand ungehorsamb sein. *Reinck.* 1. *class* 3. *c.* 3 *num* 13. *Otto de iur. Publ. pag. m.* 180. Si vero Elector tardius, ante tamen finitam electionem veniat; in eo statu admitti debet, in quo electio est adventus sui tempore. *A. B. tit.* 2 §. Wan aber sie oder ihrer mehrer *in fin ibi.* Daß derselbige in solchen stand zu der wahl gelassen / darinnen er zu Zeiten seiner zukunfft gestanden.

7. Cum Electores, vigore *A B c.* 2. §. 4. non ut singuli, sed collegialiter eligant, ita, ut quem major pars elegerit, legitimè electus censeatur; *A. B. c.* 2. §. 4. dubium oriri posset, an si major pars Electorum legitimâ citatione spreta, non compareret, vel an-

te finitam electionem secederet, minor pars in electione recte procedat? Et quidem affirmativa nobis probatur sententia; cum enim *textus A B. c. 1. §. 21.* contumacem aut recedentem privari vult voto suo; quare & non alter, tertius & quartus, eo privabitur? cum aliquorum contumacia & absentia, in Rep. grave detrimentum vergere, electionemque impedire non debeat; *c. quod sicut extr. de elect.* Quin & vocati nolentes venire, faciunt se alienos, nec debent computari in numero, ex quo recusant venire. Excluditurque quis à jure suo post terminum juris, quod poterat exercere intra terminum, nec amplius auditur. *Modest. Pist. cons. 44. num. 43. Arumæ ad A. B. dis. 1. qu. 4. Reinck. de regim. sac. l. Class. 3. cap. 3. numer. 17. Buxtorff. ad A. B. Conclus. 25.*

8. Vtrum vero id, quod hic de majori parte dicitur, respectu totius, an vero minoris numeri intelligendum sit pulcherrimæ est quæstionis? V. G.

si 2. eligant Titium, 3. Sempronium, 2. Sejum, nulla istorum major pars dici poterit, sed oportet ut ab uno latere stent saltem quatuor. Et licet aliqui, eos, instar Cardinalium, Papam eligentium, includendos, donec convenerint, existiment: in Collegiis tamen passim usu obtinuit, docente Francisc. Zypæo *lib. 3. Iur. Pontif. tit. de his quæ fiunt à major. part. capit. pl.* 225. ut quod major numerus, non quidem respectu totius, sed minoris partis decrevit, ratum sit. *Vid. Buxtorf. ad A. B. conclus.* 35.

9. Electores aliique Principes Imperii, tenentur Electori vel ejus nuntio, per eorum territorium ad locum electionis proficiscenti, conductum præstare; idque sub pœna si Elector fuerit, perjurii & perditionis suæ vocis pro illa vice; si vero alius princeps, sub pœna perjurii ac privationis omnium feudorum; *A. B. c. 1.* Et si nondum investitus fuerit, investitura ei denegatur. *A. B. d. l. Azums.*

ad A. B. Discurs. 1. Thes. 141. 5. Licet ea hodie non observentur, cum pace publicâ firmati melius, quam Aureæ Bullæ tempore, & securitate viarum publicarum, vigente custodiâ illâ, parum opus esse videatur. *Frehe. ad Pet. de Andlo l. 2. c. 12. n 5.*

10. Quamvis A. Bulla certum electioni præfixerit locum, civitatem nempè Francofurtensem; tamen illa arduam ob causam, pestem aut bellum, alio in loco fieri poterit. præsumendum enim non est, Carolum IV. tantam electionem, ad locum certum restringere inseparabiliter voluisse. *Hart. Maurus in Coron. Caroli V.* Sic Ferdinandus I. Coloniæ, Rudolphus II. Ferdinandus III. modernus noster invictissimus Imperator Ratisbonæ, in Romanorum electus & coronatus est Regem. Non tamen absque causa, quod Francofurti, propter Suecicos milites, tum de facto Hanau obtinentes, non satis tutum erat. *Vid. Buxtorf. ad A. B. concluf. 21.*

D. Lyn.

D. Lyncker Spyr in monit. polit. ad A. B. tit. 1.

11. Præsentibus Electoribus in loco electionis, certus dies electioni indicitur; quo adventante Electores omnes in æde Senatoria conveniunt, ubi cives ejus civitatis in qua electio celebratur, Electoribus securitatem, tutelam, & defensionem juramento promittere tenentur. *A B. c. 1. §. 22.* Quo peracto, Septemviri coccinea induti toga, ad Metropolitanam equo vehuntur Ecclesiam; eo ordine, ut Moguntinum & Trevirensem, Colonienſis & Rex, hos Palatinus, Saxo & Brandeburgicus sequantur. Quam primum in templi chorum progressi fuerint (qui locus auleis & peripetasmatis magnificè admodum instratus est) locum quisque sibi designatum capit; ibi sacro solenni peracto, ac Hymno Veni creator Spiritus præcantato, Electores sive eorum nuntii, ad summum procedunt altare, & tactis *SS.* Euangeliis religiosè jurant, se in deli-

gendo Romanorum Rege sanctè omnia facturos, ac quem ex animi sententia utilem Christianæ Reipub. judicaverint, nominaturos; neque largitioni, neque pretio, neque pollicitationibus locum daturos, *A. B. c. 2. §. 2.* Ita voto obstricti Septemviri ingrediuntur ordine conclave, in quo electio de novo Rege habetur. *Buxtorff ad A. B. concluſ. 28. 29. 32.*

12. Ordinem votandi quod concernit, talis *in A. B. à Carolo IV. c. 4. §. 3* præscriptus est; ut Moguntinus primo in votum Trevirensis inquirat; secundo, in Colonienſis; tertio, in Regis Bohemiæ; quarto, in Ducis Bavariæ; quinto, in Ducis Saxoniæ; sexto, in Marchionis Brandeburgensis. quo facto vice versa omnes Electores, Moguntini sententiam ac votum requirant. *A. B. tit. 4. §. 7.* & hunc modum in electione Maximil. II. servatum esse testatur Thuan. *lib. 23. hiſt. fol. 414.*

13. Electores, vota sua præsentes profe-

proferent; de jure enim communi absentes de capitulo, vota sua per litteras dare nequeunt. *c. si quis iusto 46. §. absens de elect. in 6.* id quod in Electione Richardi Angli, & Ludoici Bavari factum esse ex Aventin. & Cuspinian. refert, Buxtorf. *ad A. B. conclus. 44.* Vota etiam non sint conditionalia, *cap. in elect. in 6. Deput.* Abschied *de Anno 1600. §.* Wuv damit bey.

14 Ex numero Electorum non solum unus eligi; verum etiam, si tria habeat suffragia, seipsum eligere, suaque voce pluralitatem votorum efficit, per text. *A. B. titul. 8. §. fin. Reinck. de Regim. sac. l. 1. class. 3 cap. 5. nu. 23. Arumæ. ad A. B. Disc. 2. Thes. 22. Lymnæ. de Iu. pub. lib. 2. cap. 3. num. 73.* cujus exemplum habemus in Ruperto Imp. qui cum à Moguntinensi, Trevirensi, Colonienſi Archiepiscopis esset electus, sibimetipsi quartum dedit votum. *Vid. Daniel Otto de iur. publ c. 10. pag. 269.* sed liberè magis Sigismundus Caroli IV. Imp. filius; qui cum ad

Comitia tanquam Elector Brandeburgensis vocatus esset, dignitatisque Regiæ gratiâ primus sententiam dicere de nominando Cæsare rogaretur, seipsum nominavit; Me, (*inquiens*) ego novi, alios non itidem, an æque mecum Imperio orbis digni sint, præsertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque schismate ibi durante plurimum laborat. Mirati hanc tam liberam & apertam Sigismundi vocem, cæteri Electores communi assensu illam approbarunt. *Dubrau. lib. 22. hist. Bohem.*

15. Majoribus votis postquam unus electus est, ea in scripturam redigi, ac singulorum Electorum sigillis confirmari, eorumque consiliarii in conclave in quo Electio habita, ejus quasi testes vocari solent. Quò peracto Electores ad altare accedunt, & Moguntinus vel ejus Cancellarius, eminentiori in loco, electum Romanorum Regem, accersitâ nobilitate ac universo populo, publicâ oratione renuntiat.

nuntiat. Tum denique electus omnia principum Electorum privilegia, litteras, jura, libertates, concessiones, antiquas consuetudines & dignitates & quidquid ipsi ab Imperio usque ad diem electionis obtinuerunt, absque dilatione confirmat. *A. B cap. 2. §. 5.* Sed anne hæc privilegiorum confirmatio necessaria est, ita, ut non valeant nisi à successoribus confirmentur? Iohan. Bodin. *de republ. l. 1. c. 8. pag m. 134.* Bene distinguit inter Monarcham, Populum, & Optimatus: regulariter privilegia à principe in perpetuum concessa, principis largientis vita diuturniora non sunt. *Ius. in l. 1. num. 14 ff de const. princ. Boss. tit. de Princ. nu. 29. Capit. decis. 121. nu 3. Cacher. decis. 139. n. 1.* Ea vero si à populo vel optimatibus, perpetuo alicui; tribuantur, sempiterna sunt, aut certè donec illa respubl. popularis, vel Aristocratica stabit.

16. Electo Romanorum Regi Capitulatio, id est, certa capita, articuli

&

& conditiones de Republ. utiliter pro more majorum, & secundum leges Imperii fundamentales administranda, ab Electoribus proponuntur; quas antequam confirmatur, se servaturum jurejurando polliceri debet. *Reinck. d. l. cap. 9. Lymna de iure publico lib. 1. c. 13. Otto de iur. publ. c. 12. pag. 317.* Hujus Capitulationis exordium Leheman. *Chron. Spirens. lib. 2. c 4.* ad Carolum Calvum, quintum à Carolo M. Imperatorem, refert, Hordtlederus vero *in discurs. Academ. 26. Thes 6. apud Aruma de Iur. publ. vol. 1.* eam natam putat sub turbulento Henrici IV. Imp. statu, deinde tractu temporis magis magisque auctam, increscente præsertim sub Carolo IV. dignitate Electoriâ; donec in eam, quæ hodie in usu est, amplitudinem excreverit. Licet origo ejus non satis certa sit, dubio tamen non caret, eam hodie in Imperio Romano-Germanico eandem, quam olim lex regia, vim & authoritatem obtinere; ac ut illa veteri in Republi-

ca

ea de Imperio ejus lata fuit: *l. 1. ff. de constit. princ.* ita Capitulationem, Senatus Germanici vice, Electores de ejus, qui Reipublicæ præficeretur Imperio, tulerunt: *Frid. Hordtled. in discurs. num. 6. qui extat. in tom. 1. discurs. Ienens. 26.*

17. Verum cum hæcce Capitulatio immensam Imperatoris restringere videatur potestatem: eò multos induxit, ut statum Imperii Germanici in Aristocraticum mutatum esse, sibi planè persuaserint: ac sanè Bodinus Imperatorem nostrum Venetorum Duci vix parem. immò inferiorem & planè subditum facit, *lib. 2. de Rep. c. 6. & lib. 4. c. 1.* quem multis refutat *Reinking. 1. Class. 2. cap. 2. per totum*, verum tales, ad Aristocratiæ & Monarchiæ naturam, differentiamque non satis respexisse videntur; in illa quippe, si Duci, certa quædam jura indulgentur, ea, ob fundatam Optimatum intentionem universalem, strictissimam sortiuntur interpretationem;

tionem; adeò, ut nihil indultum censeatur, quod inibi tributum non invenitur. Aliter se res habet in Monarchia, ubi licet leges Regi positæ sint, eæ tamen, ob radicatum jus in principe, intra limites suos cohibendæ, nec ullo modo in cæteris juribus, vim Monarchicæ potestatis imminuunt. Sic Imperator, tam vigore legis regiæ (quâ populus Romanus summum Imperium in Cæsares transtulit, *l. 1 ff. de constit. Princip.*) quam de jure gentium communi, jura regia & imperialia obtinet omnia, id est, quæ per Capitulationem aut aliam Imperii legem ei adempta non esse inveniuntur. Quæ enim non mutantur, in veteri statu permanere, & ratione & juri, consentaneum est. *l. Sancimus C. de testamentis. l. præcipimus, Cod. de appell.* Capitulatio etiam, licet quædam administrandi modum quæ concernunt immutet, & collectas, vectigalia & absque Electorum statuum que consensu judici vetet, hoc tamen

tamen ejus dignitati, aut majestati indecorum haud est, cum hoc alias boni sit Principis; neminique jura illa suprema, nisi ipsi adscribantur. Subtilis est illa Politicorum inter potestatem ut vocant Ordinariam & Extraordinariam distinctio; illam legibus adstringunt, hanc non item, cui locus sit in præruptis negotiis. Certè, hanc Imperatori per Capitulationem ademptam non esse, satis innuere videtur capitulatio moderni Imp. glorioss. §. 7. idemque expressit in prudentissimo suo voto sereniss. Elector Noster Colonienſis, in Comitiis Ratisbonensibus *de An. 1623*, cum super executione banni imperialis, contra Palatinum, absque electorum scitu & & consensu ptolati controversia moveretur; his verbis. Es würde ja beschwerlich vnd ein böse Consequens sein/ wan ein Chur oder Furst durch erweckung der ogleichen empörung die Conventus electorales verhinderen/ vnd sich dardurch dero sonsten wol-

verdienten Rechtserklärung wurd entschlagen können: Et paulo post. Ihre Churfürst. Durchl. haben die Capitulation mit auffrichten helffen/ wollen auch gern sehen das dieselbe gehalten werde: wielen aber Ihre Mayest. in solcher Capitulation unter andern auch auff den religion vnd profan Frieden/ als das vornembste Band deß Friedens im Reich obligirt, so dann die Capitulationis articuli nicht dermassen von einander gebrochen werden mussen/ darmit nicht durch punctual observation dero jenigen/ so den modum betreffen/ die andere welche die sach vor sich selbst beruhen/ nicht etwan mit Hochschädlicher verletzung deß Publici boni gar verlohren würden. Quin & clausula illa *de imperialis potestatis plenitudine decernimus.* Monarchici imperii prærogativam satevincit; qua gravissimas Imperator definit controversias: ac illam quidem die Geistliche freystellung belangend/ uti patet ex supplicatione

tione protestantium An. 1555. Ferdinando I. oblata; ubi status Imperii fatentur das sie der Röm. Käys. Mayestet kein form oder maß zu setzen wissen. Arumæ ad *Bullam discurs 3. Thes. 46.* Imo si ordines dissentiant, Imperator de plenitudine potestatis, decidendi habebit facultatem: quam qui ei denegant, Anarchiam ac funestam Imperii dissolutionem ut constituant, necesse est. Quod optime intellexit sereniss. Dux Saxoniæ dum per suos Fuldæ, in conventu Electorum An. 1608. referente Ludovico Camerario in Epistola sua ad Iohan. Christoph. de Gruin Consiliarium, hisce verbis respondit: Wann man auff Reichstagen den herkommenden modum, re & correferendi sperren wolte/ weren die Reichstage vergebens/ vnd würde man nimmermehr zu keinem schluß kommen können/ der Religions Frted selbst were illo modo gemacht worden: vnd muste ja einmahl ein Richter sein/ vnd gebur-

te in solchen fallen/ der außschlag Ihrer Mayest. ꝛc. & paulo ante, wolten oder konten Ihr Churfürst. Gnade der Käys. Mayest. ihre habende vnd herbrachte Iurisdiction nicht disputiren lassen/ wer einmahl an dem daß dieselbe fons iurisdictionis, vnd daß alle exemptiones, privilegia vnd außträge von dero herkommen ꝛc. plura qui hic desiderat, consulat Iurisconsultos Dilingenses *in compos. pacis relig. in præfat.* Arumæum *de iure publico voll. 2. p. 530. ibid.* & Sceifer. *vol. 3. disc. 29.* & inprimis fusissimè, & nervosè differentem Rienkinck *de reg. sec. & Eccles. 1, class. 2. per tot.*

17. Coronatio vero sive Inauguratio nihil aliud est, quam solemnis quædam Imperii commissio. D. Besold. *in tract. de success. & elect. Regia, lib. 3. diss. 1. n. 1.* Fuit autem olim triplex Coronatio Germanica, quæ Aquisgrani ab Archiepiscopo Coloniensi; Lombardica, quæ Mediolani ab Archipræsule Mediolanensi; Roma-

na,

na. quæ ab ipso Papa Romæ fieri consuevit. Sed jam à longo tempore duas ultimas Coronationes, citra Imperii sui dimunitionem, Imperatores neglexerunt. Ac quidem Rudolphus I. nunquam Italiam vidit, idem fecit Maximilianus I. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II. laudatissimæ memoriæ, ac Ferdinandus III. hodiernus glorioſissimus Imperator; à quibus Imperium Augusto titulo, sine controversia administratum fuit, & adhuc gloriosè administratur. *Reinck. l. 1. class. 1. c. 8. n. 12.* Rejicimus hic illorum opinionem, qui dicunt Imperatori, ante Papalem Coronationem, jus administrandi non competere; cum Coronatio nihil novi juris electo tribuat, sed quod tributum est, festivè magis significet. Solum ergo hodie Germanica Coronatio in usu est, quæ electionem sequi solet; de cujus Coronationis solemnitate vide *Pet. de Andl. de Imp. Rom. lib. 2. c. 3* ibique

Marquard. Frehe. in notis. Lymnæ de Iur. publ. lib. 2. c. 4.

Caput IV.

De Iuribus electo Imperatori competentibus.

1. Electus Romanorum Imperator, ipso electionis jure (hæc enim idem jus electo, quod successio successori tribuit. D. Besold. *in polit. de Aristocrat. in genere cap. 2. nu. 2.*) suprema jura Principis nanciscitur, *Paurmeist. de Iurisd. lib. 2. c. 4. nu. 52.* quæ in summa, perpetua ac absoluta Imperii constituta potestate: cujus vigore universalis Imperatori in omnes Imperii cives ac subditos competit jurisdictio; neminemque nisi Deum & gladium superiorem recognoscit; ut communi Electorum Imperii decreto, Anno 1338. publicato, pronuntiatum fuit. *Reink. 1. classs. 2. c. 2. nu. 65. VVerdenhagen de circul. S. R. Imp. c. 28.* Hancque potestatem Imperator immediate

mediatè à Deo (à quo omnis potestas) consequitur. Licet enim Electores ei regnum conferre dicantur; sunt tamen potius causa instrumentalis, nec ullam electo Imperatori dant, sed nominant solum personam, quæ debeat immediatè à Deo provenientem exetcere potestatem. Vt in simili, de summo Pontifice, Bellarminus scribit *lib.* 2. *C.* 17. idem declarant verba recessus de An. 1641. Ratisb. *in Princip.* §. Bekennen vnd thun kundt *ibi* darzu der Allmächtig Gott durch seine gnad vnd vnserer vnd des H. Reichs Churfürsten einhellige wahl hat beruffen vnd erhebt/ & iisdem fere usus est in oratione sua, ad Vrbanum VIII. summum Pontificem superioribus annis, Illustrissimus Dux de Cremau, Princeps de Eckenburg, cum Cæsaris Legatum, Romæ ageret. Postquam (inquit) Cæsarea Majestas, Dominus meus clementissimus divino concessu, ac munere, per concordia electorum suffragia, ad summum Imperia-

lis dignitatis fastigium evecta fuit.

2. Porro Imperatoriæ Majestati nequicquam obest, quod Electus, summo Pontifici, fidelem se Ecclesiæ Romanæ futurum, promittat; cum tanquam supremus Ecclesiæ Advocatus, non ut vasallus, protectionem polliceatur. *Extr. de Elect. c. venerab. vers. quod autem de iureiurando. c. Rom. in Clement.* quæ solemnitas, in translatione Imp. Romani ad Germanos, in Carolo Magno, & Ottone primo, initium videtur habuisse: scil. cautela hæc summo Pontifici, populoque Romano, visa fuit necessaria; ne contingeret Hæreticum vel Schismaticum creari. At gravissimæ in ultima illa Cæsaris legatione ad Vrbanum VIII. in conciliandis utrimque orationibus, ortæ sunt difficultates: quod Pontificii obedientiæ, Cæsarei vero observantiæ, fidelitatis juramentum, ab electo S. Romanæ sedi præstandum, adscriberent. Et ita utrimque obfirmati erant animi, ut Legatus à sumptuosissima legatione

gatione (cujus similem Roma ab immortali tempore non vidit) potius desistere, infectaque re domum redire paraverit, quam hisce inusitatis terminis, Imperio, Cæsareæque majestati, aliquam subjectionis labem aspergere. Res tandem ita composita, ut Pontificii verbo obedientiæ, Legatus vero observantiæ verbo, in suis orationibus uterentur.

3. Majestas (quæ nihil aliud est quam summa ac perpetua in subditos potestas, *Bod. de repub. l. 1. c. 8.*) cum solutæ potestatis causa sit: *Reinkink. t. class. 3. c. 12. n. 1. Sen. Socin. consil. 24. n. 11. vol. 1.* consequens est Imperatorem nostrum, cui majestatem denegare crimen, legibus etiam solutum esse. Sed hoc non ita simpliciter dicendum esse censemus, quin non distinguendum putemus. Primo, inter leges divinas, quibus Principem teneri, nemo sanæ mentis negabit: ac leges naturæ, quibus eum obligari etiam nullum est dubium; cum jus naturæ, potentius

sit ipso principatu; Dei enim jus, naturæ lex est, inquit Apost R. 2. quæ licet ex principiis homini internis profluat, Deo tamen adscribitur; qui, ut alia principia in nobis existerent, ipse voluit. Pulchre Charron, de la sagesse, *lib. 2. cap. 3. n. 6.* Eoque sensu, olim Chrysippus & stoici dicebant, juris originem, non aliunde petendam, quam ab ipso Iove, à quo Iovis nomine, jus latinis dictum, probabiliter dici potest. Secundo inter legis juris gentium, pacta scilicet, conventiones cum externis & civibus initas; quibus Principem, æque ac privatum arctari, eleganter docet Bodinus, *de rep. lib. 1. cap. 8. pag. m. 137. 156. 157.* Conventio enim Principis, cum quibuscunque inita, mutuam operatur obligationem, *l. labeo, de V. S.* ex consensu scil. & propter consensum; *Francisc. Vivi. decis. 141. num. 15. lib. 1,* non naturalem modo, sed & civilem. *Vasque illust. quæst. lib. 1. c. 3. num. 1. 2.* à qua, si se eximere velit Princeps, deterrima

rima ejus futura est conditio; quippe, quod nemo cum eo initurus sit contractum, & ita à commercio eorum, quibus cum imperio præest, cum summo Reipub. detrimento, excluſum se sentiet. Tertio inter leges regni; quæ fundamentales dicuntur, exinde, quod per has Princeps, tanquam caput imperii, Proceribus, tanquam piis membris, unitur in modo regiminis & administrationis publicæ; quibus Imperator derogare nequit. Ejuſmodi lex est, lex Salica in Gallia; Capitulatio & Aurea Bulla in Imperio. Quarto, inter leges mere civiles & poſitivas; quibus Princeps haud obligatur, *l. Princeps ff. de leg. Novell. 105. c. 2. in fin.* Quamvis pii Impp. legum licet vinculis ſoluti, legibus tamen vivere voluerint, ſtrenueque profeſſi ſint, *Reverâ majus imperio eſſe, ſubmittere legibus Principatum.* Exemplo nimirum admirando omnipotentis Dei, qui per *Ieremiam cap. 25.* ſic loquitur: cogite omnes populos totius orbis terra-

rum, ut inter me & populum meum judicent, si quid à me fieri debuit, quod non fecerim. Cæterum, prudentes semper è Republ. esse judicarunt, caput non adstringi legibus, maxime in turbulento ejus statu; sic cum consules Romani increparentur, quod largitiones Sp. Melii, cætusque plebis in privata domo passi essent, fieri: Titus Quintus eos defendit inquiens, immerito consules increpari, qui legibus constricti, de provocatione, ad imperium dissolvendum latis, nequaquam tantum virium in magistratu, ad eam rem pro atrocitate vindicandam, quantum animi haberent: itaque opus esse, non solum forti viro, sed & libero, exolutoque legum vinculis. *Livius lib. 4.* Quare opportuna fuit visa dictatoris creatio, adversus cujus vim, Ttibuni plebis, aut ipsa plebs, ne attollere quidem oculos audebat, *Liv. lib. 6.* Quam necessitatem in repub. cum agnoscerent etiam sapientiores, duplicem Principibus tri-

buendam

buendam esse censuerunt potestatem ordinariam scilicet, uti supra dixi, & absolutam; illam legibus adstrictam, hanc vero solutam. R. P. Becan. *theol. scholast. c. 6. q. 12. Petra de potest. Princip. c. 2.* integro interim manente jure divino. *Ludoic. Rudolph. de absolv. potest. Princip. c. 4.* Id vero valde controvertitur, num Princeps, prædecessoris sui facta præstare cogatur? quidam distinguunt, an Princeps jure hæreditario in dignitate, an vero in dignitate solum succedat: priori casu, ad omnia pacta prædecessoris, tanquam hæredem teneri, ajunt: posteriori vero non item; nisi contractus dignitatis intuitu, vel ad communem publicamq; utilitatem celebratus sit. *Henr. Bruning. de variis univ. specie thes. 4. in gloss.* Ego prædecessorum acta indistincte servari, Principis maxime interesse existimo. Majorum enim facta non approbans, pernitioso exemplo docet, sibi quoque nihil credi debere. Quod eleganter exprimit textus

tus in *C. justitia, 25. q. 1.* si Princeps gesta & placita sua à successoribus observari cupit, conveniens est, ut & ipse prædecessorum suorum gestis & placitis observationem præstet. Quod dum cauti Principes adverterent, etiam Tyrannorum acta, vim suam retinere voluerunt. Cicero *nihil usitatius, quam Tyrannorum acta valere*: & de simili re Gellius *lib. 18. Sic bona sententia manſit, turpiù auctor mutatus est*. Nerva quoque & Trajanus, Domitiani indomitæ libidinis Tyranni beneficia, haud revocarunt.

4. Vigore quoque Majestatis, Imperatori nostro Regalia ac jura illa summi Imperii (quæ Germani Käyſerliche Hoheiten vnnd Reſervaten appellitare solent. *Clap. de arcan. rerumpubl. c. 10.* competunt. Ita vero definimus, quod sint jura quædam summo Imperio adjuncta, ex eoque immediatè profluentia, vigore quorum vel facit, vel præcipit, vel permittit, vel etiam exigit aliquid, quod

ad

ad Reip. neceſſitatem aut ejuſdem utilitatem ſpectat. Ac quidem ea ſummo Imperio adjuncta eſſe dicimus, ad differentiam illorum jurium, quæ ſtatibus Imperii aliiſque principibus ex conceſſione ſingulari Imperatoris, non vero conſequentia ſupremæ pnteſtatis conveniunt. Vnde apte hanc regalium conceſſionem, eò quod magis in fructu & reditu conſiſtat, quam dignitate, regale utilitatis nominat Vultejus *de Feud. l. c. 5. num. 7.* Cui conſequens eſt, Imperatorem; quod quædam ipſi competentia jura cum optimatibus communicavit, ſibi in Imperio non magis collegas Imperii, (uti *Bod. de Rep. l. c. 10.* arguit) quam vaſallus collega domini ſit, effeciſſe: *Tho. Micha. de iuriſd. Theſ. 14 Knich. de Saxo. non prou. Iure verb. Ducum Sax. c. 1. n. 23.* omnis enim conceſſio Principis, ita interpretanda eſt, ut minus eò, quod jure Majeſtatis ei convenit, conceſſum eſſe intelligatur: *Bod. de reb. l. 1. c. 8. Cravett. conſ. 615. num. 6.*

num. 6. Otto de iur. pub. pag. 229. ac Imperator alios sibi assumere in partem sollicitudinis, non vero in plenitudinem potestatis censetur; quæ omnem respuit divisionem, & quasi Sanctum Sanctorum est, in quod nemo intromittitur, nisi solus Princeps, *Reinck. 1. class. 2. c 2. num.* 238. *Vid. omnino Herm. Kirchn. Orat.* 16.

5. Iura vero Majestatis, Imperatori competentia, duplicia sunt; Ecclesiastica & Politica; ad Ecclesiastica referimus jus primarium precum, id est, facultatem faciendi unum recipi in Ecclesiis Germanicis: *Gail* 2. *obs.* 177. *num.* 7. Quod Imperatori non jure proprio, sed ex mero Pontif. Max. indulto competit. *Gail. 2. observ.* 155. *num.* 7. vel jure patronatus: *Marta de iurisd. p.* 241. *n.* 7. etiam in Ecclesiis à Protestantibus invasis. *Maier. de iurisd. sect.* 2. *pos* 6. Non obstante §. damit auch obberürte 7. Pac. Relig. ubi Ecclesiastica Iurisdictio suspenditur: suspensio enim illa, non omnibus in

causis

causis spiritualibus & Ecclesiasticis, sed in iis tantum quæ fidem ejusque exercitium principaliter concernunt obtinet: propter verba d. §. aber in anderen sachen vnd fällen / der Augspurgischen Confession / Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen / Ceremonien / vnd bestellung der Ministerien nicht anlangendt / quales sunt causæ matrimoniales, divortii, iurispatronatus, Decimarum, Commissæ Simoniæ & quæ inter Catholicos & Lutheranos æque observantur, exceptis quibusdam differentiis causarum matrimonialium. *Gylman. to. 1. symphor. p. 1. tit. 3. fol. 187. n. 1. & seqq.* Vide Composit. Pac. Reli. ICC. Dilingensium *cap. 6. quæst. 42.* ubi n. 136. negant summum Pontificem pac. hac Relig. Iurisdictioni suæ Ecclesiasticæ renuntiasse. Huc spectat jus universalis advocatiæ in Ecclesia Romana: quod jus advocationis & defensionis, latius patet quam gubernationis; cum illius ratione mundi Dominus dicatur.

tur. *Reinck. de regim. sac. 1. class. 3. c. 13. num. 23.* Politica vero jura Majestatis maxime versantur circa leges, judicialia, præmia & honores, Magistratuum constitutionem, ac ea quæ Reip. constitutionem & administrationem concernunt.

6. Ac imprimis circa leges; dum Imperator leges universales condit, *l. 1. ff. de const. princ. Thom. Michael de Iurisd. Conclus. 9. Cluten. syllog. rer. quotid. Concl. 21. Engelbrecht de Iurisd. conclus. 65.* quæ ad omnes cives Romanos pertinent; easque interpretatur, *l. 1. C. de ll* & justa de causa abrogat, cum consilio tamen statuum Imperii. *Ott. de iur. pub. pag. m 230. Goldast. part. 2. polit. Imp. tit 1. § nulla arg. l. humanum, 8. C. de ll* Quin & aliquem à lege eximere, eique dispensationem impertiri potest Imperator. Hinc legitimat naturales & spurios, etiam Imperii alieni, si in suo territorio existant; ac tum etiam extra territorium illa legitimatio valet: non tamen

tamen extendenda erit ad bona extra Imperatoris territorium sita; cum sceptra non sint confundenda. *Rosenthal. de feud. c. 7. conclus. 19. n. 10. Arnisa. de iure Maiest. 2. c. 3. nu. 17. Covarr. part. 2. de Sponsal. cap. 8 §. 8. num. 14. Fach. 3. Cont. c. 58.* Famæ item restituere aliquem, solius est Imperatoris. *Heigius p. 2. q. 22. nu. 21. Otto de l. P. pag. 219.* Specialem tamen concessionem de restitutione famæ, in seditione rusticorum, cuilibet magistratui indulsit Carolus V. Reichs Abscheid zu Speyr/ An. 1526. §. Vnd wiewohl. Ac per hanc restitutionem, macula adimitur prior, quasi nulla inhonesta vita præcessisset. *l Imper. C. de nupt. l 1. C. de ser. passis. l 1. §. deinde ff. de postulan.* Dispensatio itidem censetur, cum alicui venia ætatis datur; quam solus Imperator statibus ac principibus Imperii largiri potest; adeò ut nec Cameræ Imperiali hæc potestas collata esse censeatur. *D. Speid. in notis elegantiss. ad A. B. c. 5 fol. 111.* Veniam autem

autem ætatis impetrantem, fratrum impuberũ tutelam administrare posse, nisi ad hoc quoque supplementum ætatis ab Imp. impetrarit, rectè negat Arumæus. *vol 2. Disc 7. Concil. 21. num. 133.* Status tamen Imperii hodie non prohibentur subditis suis veniam ætatis largiri. *D. Besol. in dis de regal. c. 2. num. 5.* Huc etiam pertinet potestas absolvendi quempiam à juramento, ad effectum scil. agendi. Einem sein gegebene vrphed gegen den Herrn/ so tu also vervrphedet hat / zu relaxiren/ damit er sich seines rechtens gegen selbigen gebrauchen möge. Einsiedel. *de regal. c. 2. num. 252. D. Besold. in delib f. 78.* cum Imperator postulante utilitate publica, à persona cui juratur, tollere jus possit quod ei partum est, ac vetare si jus desit, ne quid ex tali juramento accipiat. *Grot. de iure bell. & pac. c. 13. §. 20.* Hâc potestate usus est Carol. V. Imper. cum Maurit. & Ioachimum Septemviros, à fide Hassiæ Principi de eo liberando data,

data, absolveret, obligationisque nexu solutos, pronunciaret. *Thuan lib. 6. circa fin.* Illam à juramento, quod ad agendum absolvendi potestatē, Impp. Cameræ suæ Imperiali communicarunt. Einsiedel. *d, l. num.* 253. Gail. 1. *obs.* 25. Effectus hujus absolutionis est, non ut radicitus evellatur obligatio, virtusque quæ ex juramento accedit contractui destruatur; sed ut jurantis solum persona apta reddatur, quo sine metu perjurii, actionis viam ingredi, vel exceptionis subsidio sese defendere queat: ac potius declaretur absolutut, quam ut absolvatur. *Setzer de iuram. l. 2. c 6. num.* 3. Huc & induciæ moratoriæ (quas Germanicè Anstandts Brieff oder Quinquennal/ Gallicè *Lettres de respit* vocant) referendæ: quæ non aliter concedendæ, nisi ob causam gravem, & cum Mercator ex infortunio ita facultatibus labitur, ut non possit fidem Mercatoris servare *l. quoties C. de prec. Imp. off. Refor. polit. August. de Anno* 1548. *tit.*

Von verdorbnen Kauff-Leuten & *Francof. de Anno 1577. tit. 23.* Hancque dilationem, etiam fidejussores concernere, æquum est ut dicamus; *argum. l. & magis; 4. ff. de solut. l. si fideiussores §. in princ. ff. de legat. 1.* Contra mercenarios tamen, qui labore quotidiano se alunt, denegari solent. *Mat. Steph. tract. de Iurisf.* Vt autem Imperator universales condit leges, ita quoque privilegia irrogat. *Brunning. de var. isniversf. Specieb. concl. 5. lit. h. Engelb. de Iurisd. concl. 65. lit. D. Cluten. Syll. rer. quotid. Concl. 22. lit. g.* Quæ sua natura revocabilia esse censentur, si scilicet non per modum contractus aut donationis, sed precario concessa sunt; Privilegiis enim semper tacite hæc clausula inest *rebus sic stantibus permanentibusque in eodem statu, c. suggestum de Decimis c. 1. de cognat. spirtual. c penul. de præscript. Besold. in Delibat. ex lib. 1. Pandect. quæst. 13. fol. 43.*

7. Circa judicialia; cujus vigore Impe-

Imperator in Imperio de summis rebus cognoscit & judicat; idque summariè, sublatis omnibus solemnitatibus juris positivi: *l. apud quem ff. de manumiss. Rodolp. de Ducib. Ital. n. 216. Knich. de interd. quo. bon pag. 83. n. 59.* Sic solus Imperator in feudis regalem dignitatem annexam habentibus, (vulgò fahnlehn oder scepterlehn) adhibito aulico consilio Reichshoffraht/ Camera & paribus curiæ, des Reichsmannen exclusis, competens judex est. *Ordin. Cam. part 2. tit 7.* ubi à Ferdinando ita sancitum, so auch sachen für fielen Fürstenthum belangend/ so vom Reich zum Lehn rühren/ so einem theil gäntzlich vnnd endtlich abgesprochen werden sollen/ derselben erkandnuß wollen wir vns auch hierinnen vorbehalten haben. *A. B. tit. 7. circa fin.*

Idque intelligendum est, tam de petitorio, quam possessorio, non vero de solo possessorio, uti quidam ex verbis illis so einem theil gäntzlich vnnd endtlich

endtlich abgesprochen werden sollen. Textus enim hic cum indistincte loquatur, indistincte etiam accipiendus est *Caspar. Leopold. de concurrent. Iurisd. quæst. 5.* & dicta verba gäntzlich vnd endlich non ad materiam ipsam, sed judicii qualitatem & sententiæ definitionem postremam, referenda sunt. *Cubach. apud Arumæ. de Iur. Publ. vol 4. disc. 31.* Et licet Camera Imperialis alioquin concurrentem cum Imperat. Iurisdictionem habeat; diserte tamen per dictam ord. Cam. Impp. sibi hujusmodi feudorum Regalium cognitionem, reservarunt. *Vid. Cubach. apud Arumæ de Iur. Publ. vol. 4. disc 30. Reinking de regim. sæcul. & Eccles. l. 1. class. 4. c. 19.* Exclusa autem Camera Imp. multo magis pares curiæ excluſi censebuntur; *Arum. vol. 2. disc. 7. num. 15. & vol. 1. disc. 11. Otto de iure pub. pag. 258.* Idque moribus nostris consonum est: sic Ferd. II. felicissimæ memoriæ Imp. in causa Hessen contra Hessen / die Marpurgische

gische

glsche succession belangendt / exclusis paribus curiæ, solus cognovit. Plura exempla Vid. apud Rink. *de reg. sac. & Eccl. 1. classf. 4 c 19. num. 27.* Ac licet Sigismund. & Frid. Imp. ex merè libertima voluntatis facultate, cognitionem regalium feudorum, parium consensu instituerint, hoc tamen exemplo successores stringere non potuerunt; cum antecessoris factum, Princeps, qui jure electionis succedit, præstare non teneatur. *Reink. d tit. l. 1. cl. 3 cap. 10.* Frustra etiam obstante, Das Fürstenrecht / cujus neque in A. B. aut alia Imperii lege mentio fit, *Reink. de reg. sac. 1. cl. 4. c. 19. n 35.* Idque satis docet constitutio Frid. II. & Alberti Imp. apud *Gold. const. Imp. p. 2. f. 22. & 27.* ibi: Ohne vber Fürsten vnd andere hohe Leuth wo es an jhren Leib / an jhr Ehr / oder Recht / oder an jhr Erb / oder Lehen gehet / dann dieses alles wollen wir selber richten: Facit R. A. An. 1521. §. ob auch sachen fürfielen / &c. Quin & de

feudis non solum regalibus sed & immediatis, non Camera, sed solus Imperator cognoscit, cum enim monente Gailio 1. *obs.* 29. causæ feudales feudorum Imperii, neque ad Austregas spectent; neque pet viam simplicis querelæ ad Cameram in prima instantia devoluantur, *Gail.* 1. *obs.* 1. *pr. & n.* 5. neque per appellationem (ab Aulico enim Imp. judicio ad Cameram non appellatur) necessario hinc concludimus. *Vid. Caspar. Leopold. de concurrent. Iurisd. quæst.* 6.

Solus item Imp. bannum Imperiale in refractarios rebelles & seditiosos, Deß Reichs Echter / tam immediatos, quam mediatos irrogat, privilegiis, dignitatibus & immunitatibus privat. *R. A.* zu Speyer / *de Anno* 1542. §. würde sich aber. & solus rursus restituit, ac à banno irrogato absolvit, *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 18. §. so auch *in fin. Gail. l.* 2. *de pac. pub. c.* 18. *Reink. de regim. sac.* 1. *class. s. c.* 6. *num.* 147. Ab Imperatore autem banniti,

niti, ex toto orbe Christiano banniti censentur. *R. A.* zu Erffurth *de An. 1567.* § wir wollen auch / *Reink. d. l. nu* 151. Et generali clausula testitutum, etiam bona, à Fisco alienata recipere, affirmat Millerus *de stat. Imp. pag. 87. per leg. fin.* §. *fin. Cod. de sent. pass. & l. venditor* 13. §. 1. *ff. de comm prad.* ut enim proscriptionis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est; ita indulgentiæ restitutio, bonorum ac dignitatis uno nomine amissorum omnium, sit recuperatio. Huc adde jus vitæ & necis in immediatos; cognitionem item criminis læsæ majestatis Cæsareæ, quæ Imperatorio judicio permittuntur, *Sixtin. de regalibus, lib.* 2. *c.* 20 *Obrecht. de feud. thes.* 179. *Paris de Puteo in tract. de syndic. verb. de excess. Baron. erga subd. cap.* 1. *num.* 10 *&* 13. damnatorum bona, si immediati fuerint, Cæsareo; si mediati, loci fisco, cedunt. *iuxta capit. Imp.* §. 28. His apponimus summum Imperium sine provocatione, sive jus resor-

tus. Einsiedel cap. 2. Otto de iure publ. fol. 250. Quod jus Majestati Principis adeò convenire dicit Bodinus *de rep. lib. 1. c. 10*, ut civibus, ne à Magistratuum sententiis ad se provocent, Princeps interdicere nequeat; cum subditos querentes, ab aditu sui ipsius rogationis ferendæ causa, prohibere non debeat. Quamvis tamen hoc regale, de quo hic sermo est, aliis nequeat concedere Imperator: privilegium tamen de non appellando, cuidam inferiori tribuere, non prohibetur, *l 1. §. 2. & 4 ff. à quibus appellare non licet. l 37.* Atque hoc modo appellatio ab Electoribus vetatur; *A. B. tit. 11.* ac eodem privilegio gaudent Archiduces Austriæ, Duces Lotharingiæ & Burgundiæ, *Mynſ 5. obſ. 58* quo tamen privilegio concesso, superesse nihilominus intelligitur remedium supplicationis, quæ & retractatio seu querela recursus vocitatur. *Auth. qua ſupplicatio c. de prec. Imp. offerend. l. un. Cod. de ſent. præf. præt. l ult. §. 5. Cod. de temp. appell. nov. 119. c. 15.*

Sed

Sed an ab Imp. male informato, ad melius informandum appellari possit, vanæ hodie quæstionis esse videtur? cum teste Reinkingio *de Reg. sac. & Eccl. l. class. 5. c. 9. num. 48.* ea hodie in Aula Imperiali non recipiatur: ubi addit, talem appellationem cum à parte quadam frustra tentaretur, non solum per rescriptum Cæsareum cum reprehensione 16. Aprilis Anno 1614. rejectam, sed & Notarium istum, qui desuper instrumentum confecerat, officio & privilegio Notariatus exauctoratum fuisse. *Vid. Gail. 1 obs. 155. n 7.*

8. Circa præmia & honores; dum solus Imperator creat Reges, Electores, Archiduces, Principes, ut factum Luc. Baroni de Walstein / & Comiti de Hohenzollern. Creat & Comites, Barones & Nobiles, ita ut ad ludos Equestres admitti possint; cum honor sit civilis, circa quem Imperator dispensare pro lubitu potest, ac plerumque privilegio nobilitatis inseri soleat hæc clausula: Allermassen vnd gestalt/

stalt/ als wann sie von ihren Ahnen/ Vatter vnnd Mütter geschlechten/ beyderseiten/ recht Edelgeborne/ Lehens Thurnier genossen/ vnnd Rittermässige Leuth geborhn weren. *Fritze de nobil. conclus. 20.* Nec absurdum videri debet, novos homines, qui propter heroica facta, nobilitari ab Imperatore merentur, nobilibus, longa avorum serie claris, si non præferri, saltem æquiparari; cum non virtus sit, nobilem esse, sed nobilem se facere; nec deterior debeat esse conditio eorum, qui posteros habere nobiles meruerunt, quam qui parentes. Generari & nasci à principibus, fortuitum (inquit Tacitus *hist lib.* 1) nec ultra æstimatur. Hinc non injuria conquestus est olim Marius apud Sallustium, de superbia patritiorum Romanorum, cum ei nobilitatis jura denegarent. Comparate (*inquit*) me hominem novum, cum illorum superbia, quæ illi audire, legere solent, eorum partem vidi; alia egomet gessi. Nunc videte

quam

quam iniqui sint in me judices; quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt. Aliorum certe præclaro nomini, ignaviam investire velle, absonum est, idque pulchre explicat Boëtius *de consol philos. lib. 3. pros. 6.* quam (inquit) sit inane, quam futile nobilitatis nomen, quis non videat? quæ si ad claritudinem refertur, aliena est. videtur namque esse nobilitas, quædam de meritis veniens laus parentum. Quod si claritudinem prædicatio facit, illi sint clari necesse est, qui prædicantur. Quare splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non effecit. quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut imposita nobilibus necessitudo videatur, ne à majorum virtute degenerent: hæc ille. Tales etiam more suo ridet acutissimus Boccalinus *Raggual. de Parnass. cent. 2. ragg. 8. in fin* his verbis: che, stante la chiara fede de gli Anatomisti, che, le ossa, i nervi, la carne, & le budelle delle persone, tutte

erano fatte ad un modo, chiaramente mostrava, que la vera nobilita de gli huomini, stava posta nel cerevello, non nelle vene. Capitulatione etiam Imperatoria §. 47. cavetur, ne ulla dignitas regalis, conferatur alicui, cui, ad eam pro dignitate sustinendam, media non suppetunt; ne scilicet, regales dignitates consecuti, regalibus vero opibus destituti, eas per fas & nefas, cum Reipubl. damno, acquirere tentent. Solus quoque Imperator majora feuda die Fahnlehen confert. *Knich. de Saxon non provoc. Iure Verb. duc. cap 1. Gail. 1. obs. 1 num 11 Cluten syllog. conclus 20. lit 1. Casp Koch apud Aruma. de Iur publ. tom 3 disc. 14. n. 240.* Sic Rodolphum I. Imperatorem, cum Anno 1282. deficeret stirps Austriaca, filium suum Albertum, Austriâ infeudasse legimus. Vnde Archiducum Austriæ origo. Wurffbain *in Relation. Hist. pag. vigesima secunda*, & idem alios factitasse Imperatores; quos refert Otto *de iur. publ. cap.* 11.

pagina

pagina 256. & seq. Ipseque solus iterum adimit: *Sckrader. de feud. pagin. 9. cap. 4. n. 6.* Cum consilio tamen statuum, *Matth. Steph l 2. de Iurisd. c. 1. num. 85. Mayer de iurisd. sect. 2. possit. 8. L. K.* aperta hodie feuda imperio incorporanda. idque in capitulatione §. 32. salubriter sancitum invenitur: quo magis deficientibus viribus, Majestas imperii sustentari queat. Huc quoque referimus jus creandi Doctores, Licentiatos, Notarios, ac Tabelliones; *Bocer. cap. 2 num. 246. Sixt. 1. cap. 2 num. 27.* Est autem differentia inter hos, & illos qui à statibus Imperii authoritatem habent; horum enim instrumenta extra territorium illorum haud valent: eorum vero instrumenta, qui ab Imperatore creantur, per totum Imperium vigorem habēt.

9. Imperatoris quoque est, summa Imperii prætoria instituere. quale est primo Iudicium Aulicum. Reichs Hoffrath/ubi gravissimæ causæ, quam celerrime, cum sufficienti tamen cau-

sæ

sæ cognitione, expediuntur: concurrentemque cum Camera Imperiali habet jurisdictionem: quod qui negant, omni ratione politicâ destituuntur. Evidentissimorum vero argumentorum loco sit illud Imperii Electoris Saxoniæ testimonium; qui in comitiis Electoralibus Fuldæ, Anno 603. celebratis, Palatinis, judicii hujus potestatem disputantibus, in hunc modum per suos respondit. Ihre Churf. Gnaden wolten oder kondten die Käyserl. Mayest. ihre habende vnd hergebrachte / Iurisdiction nit disputiren lassen / & paulo post, das Ihre Mayäst. Cameræ die Iurisdictionem privative gegeben / kondt man mit bestand nit behaupten: het also præventio Stat vnd Cæsar concurrentem iurisdictionem cum Camera: wann Ihr Mayäst: nur in 2. oder 3. reservatis casibus zu iudiciren hetten / was es für ein Käyser sein würde / dann es were ja ein Käyser nit ehren halben allein / sonder das Haupt im Reich /

Reich/ vnd het den Ständen zu gebieten/ vnd sie zu entschieden/ ꝛc/ die Capitulation selbsten vnnd Cammergerichts ordnung vnd Consuetudo notoria brachten ein anders mit sich/ vnd wuste also oder konte Sachsen die Hoffproceß per se nicht fechten. Plura qui hâc de quæstione desiderat, adeat Gailium *lib. 1. obs 1. nu. 7. obs. 29. nu 3. obs. 41. nu. 4. obs. 42. nu. 3. obs. 121. nu. 3.* Tob. Paurmeist. *de Iurisd. lib. 2. cap. 6.* Mynsi. *cent. 6. obs. 99.* Gylm. Symph. *supplic. Cam. tom. 3. decis. lit. C. num. 1. tom. 4. p. 1. not. 30. n. 1 tom. 6. c. 8 fol 19.* Casp. Leopold. *apud Aruma. de Iur. publ. tom. 1. disc. 13. q. 4.* Frid. *de proces. execut.* Arn. Engelbrecht *de Iurisdict. concluſ. 169. & 103. & seqq.* Matth. Steph. *lib. 2. de Iurisp. part. 1. c. 1. memb. 7. num. 218.* Authorem der Donawerthischer Relation *p. m. 95. usque ad 125. item à pag. 195. usque ad 221.*

Secundo Camera Imperialis, cujus institutionis, hæc origo, & causa: cum litigantes olim, non sine magnis impedi-

pedimentis, iacturaque rei familiaris, Imperatorem, ciusque aulam Hoffburg vnd Landgericht / pro impetranda justitia, sequi tenerentur: de eoque ordines sæpius conquesti essent, & Imperatores hujusmodi controversiis decidendis, imperii negotiis impliciti, minus incumbere possent; è re simul subditorum & Imperii esse existimatum est, Imperiale Prætorium, sub Cameræ nomine instituere; in quo Vice Cæsareæ Majestatis atque Imperii, de causis statuum, ac subditorum cognosceretur, *Busch. in vita Bertoldi Archiepisc. Elect. Mogunt.* Ea scilicet fuit Iudicii Cameralis instituendi ratio, ut molestiarum Iudicialium mole levarentur Impp. minime vero, ut Iurisdictione privarentur. Quare pessime ii agunt, qui ea, quæ in favorem Cæsarum introducta sunt, in diminutionem Imperatoriæ potestatis, trahere conantur. Fundamenta ejus ab Imperat. Maximiliano I. Anno 1495. in Comitiis VVormatiensi-

tiensibus jacta esse dicuntur; quæ tamen altius repetenda esse censeo; cum statuta Coloniensia An. 1437. erecta, ejus mentionem faciant, de hoc constat, primo Statarium non fuisse, sed Anno 1530. in Comitiis Augustæ habitis, ei Civitatem Spirensem pro loco stabili assignatam, R. A. zu Augspurg de An. 1530. darzu meinen und wollen wir: Iudicem Cameræ præfigit Imperator; *Ord. Cam. part. 1. tit. 1.* §. nemblich. qui vel Comes sit, aut liber Baro. *d. t. 1. in princ.* tres item Comites vel Barones, duosque alios Iurisperitos Cameræ præsentat. R. A. zu Speyer An. 1570. §. nemblich wollen wir/ reliquos Assessores, Electores, Principes, aliique status Imperii, in sex circulos divisi, nominant: idque secundum modum in Imperii constitutionibus, de Annis 1507. 12. 30. 84. 87. 66 70. *& in addit ad tit. 2. ord. part. 1* expressum. Notandum hic circulos Imperii, quoties in Comitiis circulariter quid deliberandum, deducitur,

citur, in sex contrahi cum alias decem numerentur. *VVehn obs. pract. verb.* stand deß Reichs. Hoc vero judicium, summi Principis est consistorium; ipsumque repræsentat, & vice ejus judicat, *Mynsi. cent. 4. obs. 5. Gail 1 obs. 1. nu. 7. & obs. 422. num 3* unde juris civilis nullitates, haud respicit. *Meischn. tom. 3 decis. 8 num. 6. decis 13. num. 1. Mynsi. 1. obs. 28. & 4. obs. 64.* Cunctaque rescripta, & decreta Cameralia, sub nomine & sigillo Imperatoris, expediuntur. *Gail 1. obs. 14 nu. 1.* ejusque jurisdictio, in omnibus Imperii statibus, & civibus fundata. *Ord. Cam. part 2. tit. 7.* haud excusanda venit in causis, in quibus ei præmissa est cognitio; idque aliquando frustra tentatum fuisse, testantur Mynsingerus, *respons. 24. decad. 3. Gail. 1. obs. 13. & 11.* Ne ergo dixeris, Iurisdictionem Cameræ delegatam esse; ordinariam enim ex Imperatoris, & statuum Imperii, mutua conventione, & pragmatica constitutione, nacta est jurisdictionem,

ctionem, *Gail.* 1. *obs.* 41. *n.* 51. *Thom. Mich. de iurisd. conclus.* 33. *Reinck. de regim sacul & Eccles. lib.* 2. *class.* 2. *c.* 14. *num.* 10. Quibus non obstat, quod ordinariam & propriam obtinens jurisdictionem, eam proprio, non alieno exerceat nomine, *arg. l* 3. *ff. de offic. eius cui mand est Iurisd.* Camera autem quæcunque agit, nomine, titulo & sigillo Cæsaris paragat, *uti supra dict.* Vicarius enim non proprio, sed ejus nomine gerit, cujus vices obtinet. *VVesenb. part C. tit. de offic. Vicar. n* 1. & tamen Vicarium generaliter constitutum, propriam habere jurisdictionem, statuunt Iurisperiti. *Corasius d. offic. Eccles. p.* 2 *c* 8. *num* 3. *Scipio Gentil lib.* 2. *cap.* 9. *Menochius* 2. *praesumpt.* 15. *num.* 3. Sic Præfectus prætorio ordinaria olim gaudebat jurisdictione, & vice tamen sacra, hoc est Imperatoris (*ut Cassiodorus lib.* 6. *Epist. loquitur*) judicare prædicabatur. Ordinaria itaque jurisdictio in Camera residet, sed minus Principalis, depen-

dens, vicaria, uti Canonistæ communiter docent. *de Vicarii seu Official. general. Iurisd. tit. decret de offic. vicar. ubi id gloss. bene explicat in C. 1. Ced tit. in 6. & gloss. in C. Romana 3. versu generaliter de appell. in 6.* Quæ in Imperatore ejusque aula principaliter residet, secundum plenitudinem potestatis, etiam quo ad causas majores & reservatas. Et hic locum sibi vendicat vulgatum illud, eos, qui de jurisdictione participant, in partem sollicitudinis potius, quam in plenitudinem potestatis notatos censeri. *C. qui scil scit. 12. causa 2. quæst. 6. Paurmeist. de Iurisd. lib. 2 cap. 6 num. 251. Matth Steph. de Iurisd. l. 2. part. 1. c. 2 num. 26 Thom. Michael de Iurisd. conclus. 33.* Camera itaque ea licet quæ contentiosæ, non vero voluntariæ sunt jurisdictionis exerceat; ei tamen competunt jura certa quædam, ex singulari Imperiali concessione, quæ Regalibus annumerantur, ut banni ex causis Imperii constitutionibus expressis, declaratio.

tio. *Gail. pac. public. l. 1. c. 6 nu 9 & c. 11. n. 1. & lib 2. obs. 130. num 13. Sixt. de regal. l. 1. c. 4. nu. 8.* à quo tamen neminem, citrâ Imperatoris consensum, absolvit, *ord. part. 2. tit 18. in pune &* §. Gouch der *Cic. fin Mynsi. obs 11. Gail 2. de pac. publ. c 18 Matth. Steph. de Iurisd. lib. 2. part. 1. c. 3. n. 177.* in spiritualibus, Ecclesiasticis, aut Criminalibus, so Leibs straff auff sich tragen non cognoscit Camera. *Mynsi. 1. obs. 100. 38. Meisch. tom. 3. decis. Camer. 20. num 1* Excipe imo causam fractæ pacis. *Ord Cam. p. 2. tit. 9. Mynsi 3. obs. 40 Gail. 1. obs. 98 num. 11.* Secundo personas Camerales; de quarum crimine Camera judicat. *Ord Cam. p. 1. tit. 30. §. ult.* Civitas vero Spirensis, nudum executionis ministerium obtinet. *Thom. Mich. de Iurisdict. conclus. 75 in fin. Tertio* querelam nullitatis, superfacto criminali intentatam. *Mynsing. 4. obs. 42. Reinkiuk 2 classe 2. c 14 num. 47. Quarta* Ordinario recusante justitiam. *Reink. d. l num. 49.*

à sententiis Cameræ non datur appellatio, multo minus avocatio. Iudicium tamen Imperatori cum statibus Imperii relictum est; *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. Gail. obs. 153* tam in sententiis definitivis, quam interlocutoriis, vim definitivæ habētibus. *Gail 1. ob. 55. n. 5.*

Tertio Dicasterium Rotvvillense, Das Käyserliche Hoffgericht zu Rotweil. Cujus dispositio solum est penes Imperatorem: *refor. iud. Rotvv. Maximil. 2. part. 2.* quamvis & à Cameræ visitatoribus visitetur. R. A. zu Regenspurg *de An. 1532.* Authorem hujus judicii faciunt Conradum IV. Sueviæ Ducem ac Imp. qui cum Rom. Rex creatus esset, urbi hoc concessit privilegium, ob fidelissima beneficia & præstitam sibi operam contra Lotharium, quo cum dissentientibus votis electus erat. *An. 1147, Lymnæ. de iure publ. lib. 9. c. 3. num. 2.* Iudicis vero officium, feudi titulo tributum est ab Impp. Illustriss. Comitibus de Sultz. *Reform. Ord. Rotvv. p. 2. tit. 1.* Non univer-

universalem uti Camera, sed limitatam ac certis locis adstrictam habet jurisdictionem: cujus in circumscriptione Doctores variant: *Otto de 1. p. c. 11. pag. 249.* per Francicum, Suevicum, Austriacum & Rheni circulos ejus jurisdictionem divagari autumat. *Vid. Mayer. de Iurisd. memb. 3. posit. 1.* gravatis remedium appellationis supereſt. *Arumæ vol. 1. disc. 23. q. 8.*

10 Circa ea, quæ Reipubl. administrationem concernunt, Imperator comitia imperat, prævio tamen scitu & consensu Electorum. R. A. de An. 1544. §. Wir haben vnß. ibi. wir laden vnnd heischen auch alle vnnd jede Churfürsten / Fürsten / vnd Stände / von vnsers Käyserlichen Ampts vnd Obrigkeit wegen / wissentlich in krafft disses abschieds / quod adeo verum est, ut nefas sit reliquis (Exceptis Electoribus) eo non indicente, consilii capiendi gratia, convenire. Et certè, hoc Comitiorum jure, merito apud Venetos nullum sanctius atque antiquius;

quippe in quo, maxima Imperii vis & Majestas consistat. Et olim in Republica Romana Decemviri, cum rei summam à plebe ad se traherent, teste Livio, fœdus clandestinum fecerunt, ne comitia haberentur, perpetuoque Decemvirati possessum semel retinerent Imperium. Quod postea Romani Principes, quâ pote arte pedetentim in se traxerunt; Et licet (teste Tacito) Tyberius totum hoc comitiorum jus exclusâ plebe, cum senatu communicarit; non tamen, tam ipsa res, quam ejus species communicata fuit; dirigente identidem & administrante summo Principe. Noverat quippe vulpecula, novo Principatu, quibusdam concessis opus esse, quæ postea corroboratis rebus, facile abolerentur; faciliusque negotium cum paucis quam multis esse Et hodie quoque expeditior via, cum Deputatis mit dem ausschuß der Landschafft quam cum universis statibus.

11. Cæsaris quoque est indicere Colle-

Collectas generales, Reichsſteur/cum Procerum tamen conſenſu, vel ſi moræ periculum ſit, ſex Electoribus annuentibus. *Capit. Moder. Imperat.* § 14. Differt à Provinciali der Landſteur quod illa ex Regalibus ipſiuſmet Imperatoris indicta. *Meiſchen tom. 2. l. 1. decad. 6. num. 42.* ex conceſſione Imperiali ſubditis ordinum Imperii imponitur: *Magnif. D. VVintzler de collect obſer. 38. num. 6 Sixtin de regal. lib. 7. c. 14. num. 129 Klut de contribut. concluſ. 36.* & cum Imperialis ſit, Imperatori in Imperii utilitatem debita, non infert die Landtsfürſtliche Obrigkeit/ uti in Camera *in cauſa H. contra P. A.* 84. Concluſum. *Klock de contrib. concluſ. 9. lit. 6. Thom. Michael de Iuriſd concluſ. 11. lit. 6.* nec is qui de comitatu quodam Freygeruhlich ohn ſteur inveſtitus, immunitatem ab onere der Reichsſteur recte allegat; uti reſpondit Modeſt. Piſtor. *conſ. 4. in princ. num 5. & ſeq. vol. 1.* Modus vero collectandi olim duplex fuit, auff

den gemeinen Pfenning/ vnd auff den Romerzug/ ille cum incertus, multisque dolis obnoxius inveniretur, An. 1548. placuit modus auff den Romerzug cum multorum protestatione & querela hactenus continuatus. olim quippe Regem Romanorum, postquam electus erat, pro suscipienda corona, Romam ire solitum, omnes vasalli, sub pœna caducitatis feudi, sequi cogebantur: quod tractu temporis mutatum, constitutumque, singuli ut milites mitterent: Mox certa pecuniæ summa in singulos menses pensa, & pediti quidem 4. Equiti primum 10. floreni ad 15. batzios computati, postea 12. assignati, *Vid.* Reutterbestallung *de An. 70.* ideoque juxta matriculam (de qua infra latius) facile erit judicare, quantum quisque in commune conferat, Collectæ vero, ut nervi & ornamenta belli pacisque sunt, ita, ut recte Tacitus dixerit, neque quietem gentium sine armis, neque arma sine stipendiis & tributis haberi

posse;

posse; ita magna cum ignominia & crudelitate conjuncta est nimia illa vectigalium & tributorum indictio, qualia olim illa, quæ pro umbra, aëre & spiritu captando, pendebantur; & si ausim huc referre Vespasiani Vrinarium. Falluntur, qui egestatem civium, Dominantis securitatem existimant: Paupertas, egestatis fastidium, non abjectos homines facit & injuriarum patientes, & quia afflicta eorum fides in pace, & spes in rebus turbatis, novarum rerum cupidissimos. Compertum est enim, egentissimum quemque, audacissimum esse; & non raro in desperationem abiisse paupertatem, & prius necis paternæ, quam ablati patrimonii oblivisci homines. exemplo sint novissimi motus Neapolitani, quorum animos, ob crudelem nimis collectarum exactionem, ad res novas, vilis quidam homuncio, adeo præparatos invenit, ut ejus libidini trium dierum spatio, inaudito exemplo 150. hominum millia ei se subjecerint,

qui ad quævis facinora, incendia neces, paratissimi, tam exactum ei præstiterunt obsequium, quale nemo monarcharum unquam à suis habuit. Octavo tamen die, postquam liberationem tributorum obtinuit pro populo, fatali talium Turbatorum casu, violentâ morte occubuit. In hisce tamen oneribus ferendis acerbius solent tractari ii, qui in meditullio Regni, quam qui in confinibus morantur; quibus ob vicinorum potentiam, ad rebellionem plus animi sit. Non è possibile (inquit, Boccalini, politicarum rerum censor acutatissimus, *Ragguag di Parnass cent.* 1. *Rag.* 35.) nelle turbulentze delle guerre, salvar un stato assalito da potente nemico straniero, che sia habitato da populi mal sodisfatti: sic Venetorum lenius Imperium in Bergomates, Brixenses, Cremenses, Mediolanensium olim oppida.

12. Eodem modo fœdera cum exteris, solus init Imperator. *Matth. Steph. de iurisd. lib.* 2. *p.* 1. *cap.* 1. *nu.* 60.

non

non tamen absque electorum ad hoc specialiter convocatorum consensu: si vero res imperii aliud postulet, singuli per litteras consuli poterunt. *Capit. moder glorioſiſſ. Imp. Ferd. III. §. 7.* At fœderum naturam parum constantem, & lubricam, pulchre explicat. Guicciard. *lib.* 1 *hiſtoriar.* dum inquit; Fœdera inter multos icta, eâ firmitate non sunt, ut sperari non possit, unum fœderatorum aut remissiorem fore, aut ab aliis disiunctum iri; cum cito primi impetus defervescant, cito varietate sententiarum inter eos exorta, fides debilitari soleat; hæc ille. Exemplo sit fœdus olim inter Anglos & Hispanos, contra Galliæ Regem apud Guicciard. *lib.* 11. à quo, post acquisitum Navarræ regnum, resiliit Ferdinandus Hispanus ita, ut cum adigi nullo modo posset, arma Anglis jungere, Angli, re infectâ, domum redire coacti sint. Nec felicius fuit inter Alexandrum sextum Pontif. Max. Reges, Galliæ, Hispaniæ, Lusitaniæ,

&

& Rempublicam Veneram, adversus Turcas, magna hominum exspectatione concluſum.

13 Huc quoque ſpectat belli gerendi poteſtas *Peregr. de iure fiſci l. 1. tit. 1. num. 15. Gail. de pac. publ. cap. 4. nu. 6. lib. 1.* quod tamen haud indicit citra Electorum conſenſum. *capit.* §. 11. hoc vero jus imperii maximum, præter Imperatorem ſibi uſurpans, lege Iulia Majeſtatis tenetur, *lib. 3. ad L. Iul. Maieſt. & lex unic. Cod. ut armorum uſus,* Nulli (inquit textus) prorſus nobis inſciis atque inconſultis, quorumlibet armorum movendorum copia, tribuatur. Et Plato *2. de ll.* ſi quis bellum (inquit) aut pacem fecerit privatim, ſine publico ſcitu, capitale eſto. Sane Piſo placabiliorem longe inveniſſet Tyberium. ni provinciam, unde dejectus erat, armis repetiiſſet: de quo ita Tacitus. *Ann. 1. Iudices per diverſa implacabiles erant, Cæſar ob bellum provinciæ illatum: ſenatus nunquam ſatis creditо, ſine fraude Germanicum interiſſe*

&

& Cato Cajum Cæsarem Germanis dedi voluit, quod civis, eis bellum intulisset propria authoritate. Sed credo eum non tam jus respexisse, quam quod Civitatem imminentis Domini metu liberari voluerit. Nemo itaque præter Imperatorem, arbitrium belli sibi arrogat; & si quisquam absque licentia ejus, ad offensionem alterius delectum militum agat, vigore const. pac. publ. tit. von mandaten des Cammergerichts wider Friedbrecher cõtra eum mandata avocatoria, sine clausula decernuntur, quibus sub pœna banni, non solum belli ducibus, sed & tumultuariis militibus, ne pretio militent, serio mandatur. *Gail. de pac. publ. lib. 4. cap. 4. nu. 2.* quod multis præjudiciis confirmat. Reg. Sixtinus *de regal. lib. 2. c. 1. nu. 21* Qui vero exteris Principibus, non observatis iis, quæ in const. Imp. An. 1570. cauta sunt, operam suam ad bellum locaverint, ipso facto, & sine ulla declaratoria sententia, pro bannitis habentur, uti

uti apparet ex §. vnd dieweil & §. seq. Pactiones inire quæ bellum finiant, eorum, quorum bellum est, esse convenit; unde præter Imperatorem in imperio, citra crimen læsæ Majestatis, nemo hoc jus sibi arrogat. Matth. Steph. de *Iurisd. l. 2. p. 1 c. 1. memb. 2. nu 60.* & id ex speciali Imperatoris indulto fit, quod Imperii Ordines per delegatos suos Monasterii ad communem Imperii pacem promovendam, comparent. Vid. R. A, ult. Comit. Ratisb. wir haben uns. Quæ cum inter belli tumultus pleno marte tractentur, potius à secundo bello, quam ulla ratione petenda aut speranda est; quippe cujus conditiones ad Martis sortem quotidie varientur innoventurque. Ridiculum vero est, quosdam adeo stolidos esse, qui cum optatas conditiones obtinere queant, iis tamen spretis, ab externis (quorum salus in hoc funesto bello) adeo se abuti, quasi majora pro iis extorquere velint, se inaniter demulceri patiantur;

certa-

certaq; & præsentia non potius, quam incerta & periculosa mallint. Nec advertant, se proprio in sinu serpentem fovere; talesque nihil intendere, quam ut victos victoresque in fœdam cogant servitutem. Quod vereor periculo suo, nisi resipiscant experturi sunt.

14. Iuri belli affine jus concedendi represſalias. *Einsidel 2. num. 23. de regal. lib. 2. c. 1. num. 30. & seq.* quæ & pignorationes, clarigationes & reprædationes. Indigitantur. *Knich. de Saxon. non pron. iure verb. ducum. c. 5. num. 493.* Hoc jure utimur adversus externos, ob denegatam justitiam, illatas injurias, aut damnum, si quod datum sit, bona addicendo, vel gravando unum pro altero. Has Imperator haud facile concedit: Gail. *cap. 2. de pign* 3 quod ex iis pugna quædam offeratur. Hinc contra represſalias in imperio mandata, executiva, sine clausula, in camera obtineri possunt, haud secus ut contra arresta & pignorationes. *Regn. Sixtin. de regal. lib. 2.*

c. 1. nu. 35. Differentiam pignorationum & repressaliarum, vide apud Gailium *de pign. obs. 1. nu. 4. & 5. Frid. de proceſſ l. 1. c. 46. §. 2. 3. Matth. Stephan. de Iuriſdict lib. 3 p. 2. c. 9. n. 15. 16. 17. 18.* de justitia repressalium vid. Hug. Grotium *de Iur. belli lib. 3. c. 2. n. 5.*

Legatos sive Ambassiatores id est Gesandten solus mittit Imperator aliorum Principum missi dicuntur ab gesandten Selecti sive Deputati Botschafft vnd Gewalthaber / quomodo eos Germani secernunt. *Kirchn. 1. de legat. Arumæ de Comit. cap. 5. num. 3.* Galli veros Legatos, *Ambassadeurs*, subditorum vero missos, *Commissaires & Deputez* nominant. Quos non jure gentium, quod inter gentes diversas, sed jure civili regi, recte ait Hugo Grot. *in elegantissimo suo tractat. de Iur. belli & pacis. l. 2. c. 18 num. 2.* Et hoc jus audiendi & mittendi Legatos, non immerito summis Imperii arcanis adscribitur; idque tam sanctum est apud Venetos, ut Patricio cum Legatis

tis aliorum Principum privatim colloqui, citra capitis & vitæ discrimen, haud licear. Et noa injuria olim D. Diego Valera apud Ioannem II. Regem Castiliæ, Alvaris de Lune (qui omnia Regis & regni negotia pro libitu suo moderabatur) nimiam quam sibi arrogabat authoritatem graviter perstrinxit, Regique periculosam fore dixit, quod Legatorum postulata solus audiret, cum iisque communicaret, antequam Majestati Regiæ se præsentassent. *Vid. Histoir. d.* D. Iean II. Roy de Castille.

16: Imperator jus civitatis, Stattrecht impertitur; cujus consensu non interveniente, Communitas nulla civitatis obtinet privilegia. *Innoc. in C. cum ab Eccles. n. 1. ext. de offic. ordin.* Et cum Albertus Comes Mansfeldius, vico cuidam prope Islebiam vitam & spiritum, ut vocant concederet, Imperat. Maximilianus An. 1514. mandato inhibitorio id fieri vetuit. Prohibet quoque, ne intra aliquot milliaria, urbs

urbs vel castrum ædificetur. Gail 7. *obs.69. nu.24* quâ immunitate, pleræque fere imperii civitates gaudent.

17. Vectigaliâ nova & antiqua ne instituantur & augeantur promittit Imperator in Capit. §. 20. & si quis status, sub quocunque titulo & colore, ea exigere tentarit; Electori, in cujus damnum talis exactio vergit, liberum est, omnibus modis tale vectigal propria authoritate impedire. *d. §. capit. modern Imp.*

18. Imperator item Emporia sive stapulas exigendi facultatem concedit, die freye Niderlag/ staff oder Stappelgerechtigkeit/ quo privilegio gaudent Colonienses, Moguntini & Spirenses; ita ut vectores novas vias quærere, haud possint; sed eos cogere ut ibi subsistant, merceſque divendant. Vide Maul. *de Iure conduct. tit.3. numer.21 Cons Marp. vol.2. cons 62. qu.4.5 Cus.18.17.* D. Besold, *Thesaur. pract. verb.* Staffelgerechtigkeit. Hujus vero juris prætextu, de mercibus vectigal

vectigal exigi nequit, quales conatus irritat Capit. modern. Imp. §. 20.

19. Academias quoque erigere est Imperatoris, *Thom. Michael de Iurisd. thes.* 12. *lit. A.* de quibus tamen plenius *lib* 4. *cap. ult.* infrà dicetur.

20. Ad jura Imperii refertur quoque jus instituendi cursus publicos de quibus titulus Codicis *de curs. publ. lib* 12. Idque soli Imperatori competit *l. Iudicibus, l. nullus Cod, de cursu publ. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. l.*1 *c.*21. & certe bellorum maxime tempore, hoc jus non parvi in Repnbl. momenti est, quod prudenter advertit Menoch *de art. Iud. qu.*229. quare Clapmar. *d.* 4. *lib* 3. *cap* 4. Ius hoc ad arcana dominationis refert. De celeritate postarum. Vid. Montaig. *les assais. l* 2. *cap.* 22.

Ejusdem generis est jus nundinarum annuarum, quarum concessio ad Imperatorem pertinet. *l* 1. *D. de nundinis & C. un. Cod. Matth. Steph. de Iurisd l.*2 *p.* 1. *c.* 1. *memb.* 2. *numer.* 98.

Reg.

Reg Sixtin. de Regal. l 1. cap. 6 num 31. Gail l 2 obs. 69. num 24. 25. Knich. de Saxon. provocand. Iurisd. verb. ducum Sax. cap. 5. num. 437. Quod tamen haud facile inauditis vicinis civitatibus, conferre solet: idque se in aula Imperatoris observasse testatur. Regn. Sixt. *all. loc.* vide Gailium *lib. 2 obs. 69. num. 25.* qui num. 24. addit, multas in Imperio cautas fuisse civitates, quæ jam ante ab Imperatore obtinuerint, nemini ut liceret inter unum aut duo milliaria à civitate mercatum instituere.

22. Feriarum generalium constitutionem, emendationemque Calendarii Protestantes expresse Imperatori adscribunt: à Pontifice vero Roman. Greg. XIII. eandem acceptare noluerunt; ne ejus jurisdictioni se submittere viderentur. Pacis tamen gratia, in Cam. Imperal. 14. Iul. An. 583. veteris Calendarii observatio retenta fuit, in Außbringung der Processen gaudentque Assessores, non sine magna

gna justitiæ jacturâ, beneficio vacandi secundum ferias utriusque Calendarii *D. Besold. Thesaur. pract. verb. Calender.*

Caput V.

De Augusta.

1. TAmetsi matrimonii vinculum inter copulatos cuncta communia faciat, majestatis tamen ea est natura, ut cum nullo communicari queat. Et hæc plerumque in pactis nuptialibu excipi solet Sic actum inter Mariam Angliæ & Philippum Regem Hispaniarum; Sigismundum item Imperatorem & Mariam Hungariæ Reginam; adeò ut mariti Reginæ appellarentur. Ea scilicet imperandi est conditio, ut non aliter constet, quam si uni reddatur. Tacit. 1. *Annal.* eademque ratio exigit ut ibidem loci, ubi viris Rempublicam regere datum, fœminæ ab imperio abstineant, rei domesticæ intentæ; utpote quæ plerumque

ob

ob sexus impotentiam, imperii incapaces, in ambitionem absque modo ruunt. In communicationem vero majestatis & supremæ iurisdictionis licet Augustæ non admittantur; insignibus tamen prærogativis & juribus, imo iisdem ferè, quibus ipsi Imperatores, gaudent, *l. 11. d. ll. l. Fiscus § fin. de Iur Fisc. Corasius 2. miscell. 25. Cujas. in recit. ad l. 5. Cod 2. de iust. & iur.* iis scilicet, quibus ipsa capax est; cui fere convenit id, quod dicit Chassan. *Catal. mund. p. 5. cap 39.* Augustam non gaudere omnibus privilegiis Imperialibus, sed his tantum, quæ nullum, aut modicum parant præjudicium, & mulieri conveniunt. Non enim par est jus Principis & Augustæ, alioquin & legem condere posset, & ea quæ majestati soli conveniunt; quæ cum incommunicabilis sit, *Bod. 1, de Repub. cap. 8. Bornit de maiest. c. 11. 2.* non nisi penes solum Principem in monarchia consistere potest. Augustas legibus solutas esse nusquam reperies. *Diet. de summ.*

summ. Princip. potestate conclus. 72 Dan. Otto apud Arumæ de Iur. publ. tom. 2. discurs. 14. Et plerique sentiunt, contra eam crimen læsæ majestatis haud committi. Vide Arumæum *de Iure publ. tit. 4. disc. 40. num. 14.*

CAPUT VI.

De Rege Romanorum.

1. PRoximum ab Imperatore, in imperio locum obtinet, Rex Romanorum. *Sixt. de Regal. 1. cap 4. num. 9. Matth. Steph. de Iurisd. lib. 2. p. 1. memb. 2. n 58.* Qui vivo & consentiente Imperatore eligitur, ut eo defuncto, in jure imperii, sine ulla successione controversia. *Sixt. d. l. Matth. Steph. d. l. num. 49.* Et hoc antiquis moribus in imperio receptum fuit, adeò, ut qui tunc Principes juventutis, ut est apud Dionem, hæredes item & consortes imperii, apud Suetonium, sive Augusti & Cæsares, apud Ammianum; ii nunc sint Reges Romano-

rum. Sic in Gallia natu major, velis, qui succeſſurus eſt Delphinus: in Anglia VValliæ Princeps: in Hiſpania Princeps vocatur. de quibus ſcite agit Goldaſtus *de maiorit. in controv. Duc. Saxon. Altenburg & VVimariens de iure praced. lib* 1. *c.* 16. *n.* 10. Anne veto è re Principis ſit, Collegam & ſucceſſorem imperii ſibi aſſumere? dubitatur: improbant hoc nonnulli, quod tales plerumque habere, quam exſpectare mallint imperium: multique ſint inventi, *qui ſpretis, qua tarda cum ſecuritate, præmatura, vel cum exitio properant. Tacit. Annal.* 3. Quod pulchre exprimit Boccalini. *Ragg. de Parnaſſ. cent.* 1. *Ragg.* 56. cum inquit, come padri, hanno il fomite di morire commando, coſi; figlioli, all' hora ch' arrivano à una certa eta, non hanno patienza di potere aſpettare, ch'il fruto della loro ſignoria ſi maturi con la morte de i padre loro, per che molti ſi ſono trovati figlivoli de i Re grandi, che accecati dalla gola di Signoreggiare,

giare, piutosto hanno voluto por la salute loro à Sbaraglio per mangare l'agresta il Giugno, che aspettare che l'uva si maturi il settembre. Cujus exemplum crudele refert Comminеus *lib.4 c.1. Hist.* de Adolpho Geldriæ Duce. Hinc Elisabetha Angliæ Regina, cum à regni statibus de novo successore eligendo sollicitaretur, sub pœna capitis vetuit, ne quis de novo successore se viva disquereret: sibi (inquiens) in vita struendum non esse sepulchrum. Certe, cujus interest pravas aliorũ successionis spes cohiberi, vel qui post mortem tumultuosam timet successoris electionem, sibi & Reipubl. consulit, si successorem adoptet. Nec illa quæ adducta sunt quenquam deterreant, cum in Regnis successivis potius, quam electitiis ea contingere soleant; ubi nulla electio personæ, sed quem sors dederit, etiam pravum tolerare tenetur. In regno vero electitio, successor nominatur, cujus mores probantur, & à quo metus nullus.

2. Rex Romanorum vivo Imperatore, eo non solum consentiente, sed & reclamante (si electionem è Republ. esse judicarint septemviri) eligitur: *Capit moderni Imp. §. 38.* qui perpetuus est imperii vicarius, à lege id est electione. Duplices enim esse vicarios notandum est, quosdam à lege vel universitate constitutos, ad hoc, ut absentis, vel impediti Principis locum sustineant; quales sunt Rex Rom. Archidiaconus, Vicarius Episcopi, qui unum cum superiore suo censentur habere tribunal; nec ulla ab his appellatio conceditur: quosdam vero ab ipso Principe, proprio motu absque præscripto legis, qui delegatam habere censentur jurisdictionem. de quibus Text. *in leg. 1. §. à præfect. tit. ibi mandatis Principis d. legatis 3. Vid. Thom. Michael de Iurisd. thes. 82. lit. A. 114. seq.* illi vero non delegatam sed propriam habere dicuntur jurisdictionem. *Vid. Alexand. in rubr. ff. de offic. eius cui mandata est iurisd. fac. not.*

Herb.

Harb. Hartm. pro forens. lib 2. misall. c.2. obs.1.n 4. Id quod in Rege Romano probant & confirmant verba Ord. Carm. *Augustb Anno 1548. in princ. vers.* So haben wir (Ferdinandus) Römis. Königl) in Krafft Hochgedachten Römis Käys. Mayest vnsers Lieben Bruders vnd Herren vnd gegebener Vollmacht vnd Heimstellung/ auch für vns selbst alß Römischer König. Adeo ut omnia, quæcunque Imperator præsens faceret, possit agere, Quod Ioh. Pet. surdus *cons. 281. de authorit. num. 1.* ad reservata Majestatis extendit. *ibid. num. 2.* cui Natta *consilio 636. num. 2.* refragatur; hoc non admittens, nisi de speciali ad hoc constet mandato; quod & locum habebit in alienatione bonorum Imperii, & iis, quæ ad mensam Imperatoris spectant. *Thom Michael. de jurisd. conclus. 29. lit. G. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 2.*

3. Hæc vicarii potestas, Imperatoris haud minuit Majestatem, eamque

divisam vel communicatam cum Rege Rom. arguit; cum hujus jurisdictio & potestas, non perpetua sit; sed Imperatore superveniente obnubiletur & exspiret, *ord. Cam. p 2. tit. 18. in fin.* ubi dicitur daß die Absolution von den Acht anders nichts dann mit ihren Liebden vnnd Käys. Mayest. oder dero abwesens vnseren als Röm. Kö. nig vorwissen vnd willen. Vnde regulariter in eum crimen læsæ Majestatis non committi, verius est, nisi cum Baldo (*in l sed hoc in fin. ff. de in jus vocando*) dixeris eo læso Majestatem Imperatoris lacerari. Imo Rex Rom. Imperatorem Ew. Mayest. Dominum suum compellare solet uti ex constit. Imp de An. 555. in fin. §. solches aber. ubi Ferdinandus fratrem suum Carolum V. Dominum suum appellat. imo in Imper. crimen læsæ Majestatis Rex Rom. committere potest: cujus exemplum est in decret. Com. Aquisgran. sub Imp. Ludoico Pio An. 828. *Goldast. in Const. p. 151.*

CAPUT

CAPUT VII.

De Imperii Vicariis.

1. MVnus hoc diversorum temporum respectu, diversimode se habuit: Imperatores enim & Reges Romani ab antiquo, cum negotiis belli & pacis increscentibus non sufficiebant, certos constituebant, qui vice illorum, cognitioni causarum præessent, quos Magistros Aulicos, Comites Palatii, Præfectos etiam Prætorio, vocabant, sed horum officium, cum iisdem exspirabat: Vicarii autem isti, de quibus nunc sermo, à Carolo IV. An. 1356. in Comitiis Nurenburgensibus per Auream Bullam constituti sunt, Palatinus scilicet, & saxo ambo Electores; Ne vacante scilicet Imperio, & per diuturna interregna, sicuti præcedentibus temporibus contigerat, nondum summo adhuc constituto tribunali, aut Iudicio, subditi jure & justitia privarentur. His itaque ubi

imperium capite viduatum fuerit, ejusdem administratio cum vicaria potestate, per Aueam Bullam conceditur *cap. 5.* Nulla etiam exspectata commissione keiner gewals vbergebung zu wahrten nöthig. Idque practicatum olim esse, post mortem Maximiliani I. Imperatoris An. 1519. refert Buxtorff. *ad A. B conclus. 55.* Consultius etiam est duobus, quam uni tanti Imperii Vicariam administrationem committere secundum sententiam Aristotelis; qui partiri vult inter plures dignitatum munera, ne si uni committantur eadem restituere, nolit. Sed illud controvertitur anne Caroli Principumque Imperii mens fuerit vicarios hos vivente quidem Imperatore sed extra Germaniam trans Alpes proficiscenti ita obtrudere ut ei nequidem relicta potestas sit, ubi voluerit, alium sibi Constituere Vicarium? quod haud existimo; tum quod Aurea Bulla hujus nullam faciat expressam mentionem, tum quod Imperator in

præ-

præmissis capite scilic. 1. §. 19. & c. 2. §. 2. de ea vacantia loquatur, quæ per mortem inducitur. Accedit, quod hæc stricte veniant interpretanda; ubi nempe præjudicium ejus, qui summo cum Imperio præest, vertitur, per vulgata jura idque olim observatum fuit tempore Sigismundi, qui Bohemos in Italiam bello prosequens, Archiepiscopum Moguntinum, Imperii Vicarium constituit. *Nic. Serrarius lib. 5. in Archiepisc. 48. rerum Moguntin.* Et Carolus V. Ferdinandum fratrem Imperii Vicarium declaravit. *Cruc. p. 3. l 11. cap. 7. in princ. Ann. Suec. vid. Arum. ad A. B. ad cap. 5. n. 31.*

2. Palatinum quod concernit, ei vicariatum, aliaque Electoratui annexa jura non respectu Comitivæ Rheni, sed Ducatus Bavariæ, ab antiquo competere, contra Freherum defendit Gewoldus *de septim. virat. cap. 10.* cujus sententiam Leheman. *Chronic. Spirens. lib. 7. cap. 2.* firmat; in eamque inclinat Buxtorff. *ad A. B. conclus. 55. lit. E.*

lit. E. & conclus. 56. & prolixè docet Nicol. Burgund *in vindiciis dissert. pac. Prag. fol. 48. & seq. multis* vide infra *lib 3 cap. 7. de Electoribus sacul.*

3. Quod ad Saxonem, cum dignitatem hanc à Carolo IV. Imperatore per Bullam Auream noviter accepisse, ex eo arguitur, quod in ea nulla fiat mentio, hoc ei jus ab antiquo competiisse, sed dicat, *nos cum hoc iure frui volumus.* Iurisdictionis limites præscribit Aurea Bulla *d. l.* & Palatino quidem partes Rheni, id est totam ripam Rheni, easque ditiones quæ olim jure Franconico vixerunt: quas enumerat Goldast. *in præfatione const. Imp.* scilicet Sueviam, Franconiam, Ripam Danubii, usque ad limites Vngariæ cum Tyroli, Carinthia, Bavaria, Austria, totam item ripam Rheni à Lombardiæ finibus usque ad ostium Rheni, ubi se in mare Britannicum immergit cum Helvetia, Sabaudia, Burgundia, & Regno Arelatensi ab hâc parte Rhodani, Lotharingia & Belgio.

Electori

Electori vero Saxoniæ commissus est vicariatus illis in locis, ubi olim jure Saxonico utebantur id est secundum Joachim. Georgium von Pretzen *in Compend. Iur. Civ. & Saxon. præfat.* Bohemia, Polonia, Principes Silesiæ Marggravii Brandeburgenses, Lusatia, Moravia & Misnia item Thuringia usque ad limites Franconiæ; inferior & superior Saxonia, Duces Braunschvicenses, & Luneburgenses, totus inferior & superior circulus Saxonicus usque ad Visurgim sub quo contineantur 28. Ducatus qui adhuc plerique in Archidiœcesi Magdeburgensi, Saxoniæ, Ducatu, Diœcesi Halberstadiensi, Principatu Anhaltino Ducatu Holsatiæ Stormariæ & Deitmarsiæ, Saxonico utuntur jure. Et licet in quibusdam enumeratis locis, juribus illis non utantur, sed iis abrogatis nova sibi constituerint, hoc tamen non impediet quin Vicariorum ibidem sit jurisdictio, cum juris Saxonici & Francici Observantia non sit de

essentia

essentia vel causa Vicariatus; sed saltem Demonstrationis locorum gratia, tum temporis adjecta, ejus vero correctio & immutatio, jus, per legem superiori tertio delatum, adimere nequit. Sed quid iis de locis, nec uni, nec alteri expressè assignatis? Ea vicariis parere debere affirmat Buxtorff. *ad A. B. conclus. 58.* negat Lymnæ. *de iur. publ. lib. 3. cap. 12. num. 18. & seq. mult.* illud certum est, Vicarios jure hoc suo non uti in provinciis illis, quorum præsides perpetui vicariatus dignitati ab Imp. sunt muniti, sic vice Comites Mediolanensis vicariâ potestate à Carolo IV. honorati sunt. *Fabric. lib. 6. orig. Saxon.* Sabaudiæ Dux perpetuum se Imperii vicarium vocat: quod privilegium ei ab Imp. Sigismundo concessum esse ait Tessaur. *in præfat. decis. num. 14.*

4. Cum vero vicarii, vices in omnibus gerant ejus, cujus sunt vicarii, nisi quid expressè exceptum sit, sequitur eos in casibus non exceptis, omnimodam

modam Imperatoris jurisdictionem etiam criminalem obtinente. *Buxtorff ad A. B. concluſ. 62. Ampliſſ. D. Lyndenſpyr. in Monitis polit. ad A. B. pag 307.* & conſequenter ea quæ huic annexa ſunt, poteſtatem ſcilicet ludicia ſuprema exercendi, *Aruma de Iur. publ. tom. 3. diſc. 1. numer. 48 & ſeqq. Buxtorff. ad A B concluſ. 59. Aruma ad A. B. diſc. 3 num 32. Lymna de Iur. publ. lib. 3. cap 12. nu. 50. & ſeq.* qualia in Imperio ſunt, Camera Imperialis, & Imperatoris Iudicium Aulicum, hoc enim Camerali Spirenſi Iudicio comparatur, & Archiepiſcopo Moguntino, uti Imperii Archicancellario juramento obſtringitur. *Thomæ Michael de Iuriſd. concluſ. 28 lit. A.*

5. De Imperiali Camera dubium erat an ſub Electoris Bavariæ ſolum, an verò etiam E. Saxoniæ proviſione vacante Imperio eſſet; experientia tamen poſt mortem Rudolphi & Matthiæ Impp. teſtatur Proceſſus ſub utriuſque vicarii ſigillo expeditos eſſe,

quam allegat Buxtorff. *ad Aur. Bull. Brautdlach. apud Arumæ de Iur. publ. tom. 3. disc. 1. num. 53* accedit, quid potestas vicariis vacante Imperii sede concessa, pœnes illos non divisim, sed conjunctim esse censeatur, *vide Lymnæ d. l.*

6. Investiant etiam de feudis, juramentaque fidelitatis nomine Imperii recipiunt. *Aur. B. C 5.* quæ tamen post per Regem Rom. electum renovari oportet *A. B. D. E.* tutius tamen est prolongationem termini investituræ impetrare. *Buxtorff. ad A. B. concl. 67.* Excipit autem Imperator hic in A. B. Feuda Principum quæ vulgo Scheptер: vnd Fahnlehn/ appellantur, nullâ inter hæc posita differentia; quorum investituram collationem cognitionemque sibi soli reservat Cæsar *Arumæ de Iur. publ tom. 3. disc. 1. n. 60. Magnif. D. VVintzl. de iurisd. Episcop. Germ. tit. 15. num. 5. & seq. Ampliss. D. Lynd. in monit. pol. ad A. B. pag. 309. dis. Buxtorff ad A. B. conclus. 62. Lymnæ*

de

de Iur. publ. lib. 3. cap. 2 num. 57. & seq. ubi tamen Vicariis cognitionem de feudis majoribus, per hanc bullam denegatam haud esse existimant; verum cum Imperatores, sibi tam sollicite horum feudorum cognitionem, quæ longe majoris momenti quam investitura est, semper reservarint (*vid. ea* quæ supra dicta *cap. 8. num 7.* Credibile non est, Carolum, iis, quibus ne quidem investituram parum præjudicialem voluit concedere, Ampliſſimorum Imperii feudorum cognitionem (cui nempe tale feudum ejusque investitura debeatur) tanquam maximi momenti permittere voluisse omne quoque alienationis genus rerum Imperialium Vicariis illis interdictum est. *A. B. d. l.*

7. Præsentant etiam vicarii, tempore vicariatus ad beneficia Ecclesiastica. *Aur. Bulla d. l.* haud secus ut ipse uti Imperator.

8. In Coronide hujus materiæ, occurrit magni momenti, & intricata

valdè quæstio, anne vicariis reliqua omnia competant, quæ hic in A. B. excepta non sunt, & consequenter manum ad reservata Principis admovere, eaque quæ mire gratiosa sunt conferre queant. de qua vid. latissime Mart. Mager. *de Adv. arm. cap. 9 n. 712, & multis seqq.* Buxtorff. *ad* A. B. *concluſ. 71 & seq.* Lymnæ *de iur. publ. l. 3. cap. 12. num. 80. & seq.* ad quos brevitatis ergo Lectores remitto. Mihi videtur administrationem imperii commodam esse non posse, nisi vicariis ea concedantur quæ justitiæ & necessitatis sunt, licet etiam de reservatis sint Imperatoris, Majestatici tamen juris (quod perpetuum esse oportet *Bornit. c. 8. à princip. & c. 11.*) Vicarii capaces haud sunt; cum propriè Majestas non competat iis quibus utcunque summa potestas ad breve tempus committitur; qui potius summæ potestatis custodes & Reipubl. curatores tantum appellandi sint. *Bod. de repub. 8. à princ.* Qualem potestatem olim obtinuerint

tinuerint in Republ. Rom. Inter Reges, quos Patres creandos censuerunt donec in demortui Regis locum, alius substitueretur. Sic in Polonia, Testante Philippo Honorio *in diss. de rep. Polon.* interregni tempore, Archiepiscopus Gnesnensis, Regis locum obtinet, in ejusque solio sedet.

LIBER III.

De membris & Imperii Civibus.

CAPUT I.

Eorum divisio & distributio generalis.

1. HActenus de capite Imperii, iisque qui ejus vicem gerunt; nunc ad ejus membra & subditos dilabimur &c. Summa Imperii Civium distributio est, in Immediatos & Mediatos, illi sunt qui immediate Imperatori parent; hi ve-

ro qui immediatis, immediato subjectoris nexu devinciuntur, manente tamen in eos Imperatoris & Imperii, tanquam superioris authoritate. Illi sunt vel Ecclesiastici vel sæculares; idemque vel status, vel non status. Ecclesiastici qui sunt status, sunt Electores Archiepiscopi, Episcopi, Magistri ordinum Teutonicorum, Prælati, Abbates; sæculares qui sunt status, sunt Electores, Archiduces, Duces, Comites Barones, Civitates Imperiales Ecclesiastici non status sunt etiam vel Abbates, vel Prælati; sæculares vero non status sunt, fore Nobiles in Franconia, Suevia, & ad Rhenum quam vis & hi non ut singuli sed collegialiter sumpti pro statibus Imperii sese jactitent. Mediati vero cives sunt, vel Comites, Barones Nobiles, graduati, milites & inferioris conditionis cives: de quibus omnibus ordine dicendum erit.

CAPUT

CAPUT II.

De Civibus Imperii immediatis, qui sunt status in genere, eorumque enumeratio & distributio in circulos decem.

1. STatus Imperii Gailius 1. *obs.* 21. *num.* 2. recte definit, esse Cives Imperii immediatos, qui Cæsaris, communique Procerum Imperii consensu, in matriculam Imperii recepti sunt: eâ lege, ut Cæsari, de usu Imperii in Comitiis proponenti, consilio & suffragiis adsint, & necessitate occurrente, certum censum in matriculam expressum, pensitent, vel subsidium militare præstent, &c.

2. Imprimis requiritur ad Imperii status qualitatem; ut matriculæ inscriptus sit *VVehn. obs. verb. Matricula, Meyschn. tom. 2. decis. 14. num. 44. & seq. Aruma de Comit c. 2. nu. 31. Knich. Encycloped. c. 10. n. 52 Reink. de regim. sac. & Eccles 1. class. 4. c. 1. n. 4. Lymna*

de Iure publ. lib 1. c. 7. num. 76. & seq. Myller. de stat. Imp. concluſ. 12. num. 1. Eſt autem Matricula Imperii Catalogus indictionum, ſeu ut nos vocamus des Reichs zuſchlägen oder anlangen in Archivio ſeu Cancellaria Archiepiſcopi Moguntini aſſervatus: unde per compulſores peti poteſt. *Rutg. Ruland. de commiſſ. 5. c. 4 num. 11. Aruma. de comit cap. 8. nu 64.* In hoc Albo vel Matricula fiſcus intentionem ſuam fundat contra eximentes, eximenduſque tam diu pro ſtatu Imperii habetur, donec contrarium dilucide probetur *Gail. 1 obſ 21 num. 4. Magnif. D. VVintzl. de collect. obſerv. 9. Meiſchn. tom 3 v. 6. numer. 22. Gilm. tom 3. verb. Matricula fol 148* ubi addit Anno 550. 7. Oct. in pleno ſenatu eſſe concluſum, ut hujuſmodi deſcriptionibus ſtatuum à Fiſcali productis, ſtaretur vid. Lymnæ. *1. de 1. Pet. cap 7. num 67. Reinck claſſ. 4. cap. 1. numer 17.* Confert enim Albi hujus inſcriptio, quaſi poſſeſſionem ſubjectionis immediatæ,

mediatæ. *Gail.1. obs.21. n.7.9 11. Pet. Frid.2. d. mandat. cap.64. n.4. Lymnæ d. l. num.68. ubi num.91.* (eam cum instrumentum sit publicum) plenam probationem facere concludit, quem sequitur *Myller. d. l. conclus.109. num 6.*

3. Maxima vero oritur difficultas & controversia, cum diversæ annis & numero matriculæ inveniantur, cui inhæreri debeat? quod acriter disputatum fuit in causa der Fürsten von Braunschweig Contra die Statt Braunschweig/ illis ad recentiores, in quibus civitas omissa, hâc, vero, ad antiquiores, quibus inserta erat provocantibus. ubi tandem obtinuit testantibus Knichenio *in Encycloped. cap. 10. num. 72. & Meisch. tom 3. decis 6.* fuit ut descriptioni illi statuum quæ An.1521. in Comitiis VVormatiensibus Cæsaris & Ordinum authoritate confecta est, staretur: quam in votando & decidendo pro norma observari vult. *Recess. Imp. de An. 1594 §.* Wann auch bey voriger tractation;

nisi in quantum An. 945. 57 67. 71. 77. est mutata *vid. Victor. de exempt. Arum. de Comitiis. Lymn. d. l. P. citatis locis & eiutem. syllog.*

4. In dubio itaque ubi diversitas matricularum occurret, ad hanc, donec emendatior proponatur, recurrendum erit; Cui tamen ita standum non esse saniores volunt, quin probationes in contrarium non admittat vigore §. Wann auch & §. vber solches d. Recef. d. An. 1548. quibus adductis, secundum iuris cõmunis præscripta judicabitur, §. vnd soll vnser d. R.

5. Ad status Imperii qualitatem quoque requiritur, ut votum & sessionem in Comitiis obtineat. R. A. de Anno 1548. §. vnnd soll vnsere & §. wann auch *Reink de reg. sæc. 1. class. 4. c. 1. nu 24. & seq. Ruland. d commiss. p. 2. lib. 5. cap. 4 nu. 27. Arum de Comit. c. 4 num. 1. dissentit Lymn. d. Iur. P. lib. 1. c. 7. nu. 91. & seq.* Energia enim adquirendi juris Ordinum Imperii, consistit

consistit in participatione suffragiorum. *Paurm. de iurisd. c. 1. c. 6. nu. 4. & 12. Gail. 1. obs. 21 num. 5.* & licet multi tanquam immediati, Matriculæ inscripti sint, si tamen ad Comitia, & suffragii jus, non vocentur, status Imperii non habentur: utcunque enim quis immediatus sit, tamen ideo status non est R. A. zu Wormbs d. Anno 1564. § vnd wollen wir als Römischer ibi gegen denen so nicht stände/ deß Heiligen Reichs/ jedoch dem Heiligen Reich immediate vnderworffen. Sic nobiles in Franconia, Suevia, & Rhenanis Provinciis, licet immediati sint, à jure tamen suffragiorum prohibentur, ideoque recte & per necessarium argumentum affirmative inferri potest, hic vel ille habet jus suffragii & sessionis in Imperii Comitiis, ergo est status Imperii; cum nemini suo nomine hoc jure uti fas sit, qui in Ordinibus Imperii non censeatur. *Meischn. decis. cam. 6. tom. 3. numer. 27.*

6. Sunt qui territorii immediati possessionem & subjectionem immediatam requirant; quorum tamen illud non necessario imperii statui adesse debere censeo, consentit Victor *de exempt. conclus. 28. vid. Reink de reg. &c. lib. 1. class 4. cap. 2. num. 43. & seq. Lymnæ d. l. lib. 1. c. 7. nu. 90. Myller. d. stat. Imp. pag 1. cap. 11. num. 3. dissent. Gail. 1. obs 21. num. 5. Matth. Steph. de iurisdict. 2. p. 1. cap. 4. num. 27. Mager. d. adv. arm. c. 6. nu. 146. & alii*, summi quippe Principis præmium, non glebæ pretium, status imperii præeminentia est & sufficere existimo, si origine sit Status; quod consideratum in causa Hobneck contra Reinik. *Aut. decis. Cam. verb. status Imperii publ. tom. 4. tract. 1. §. 27.* Es ist Reichs kündig & §. 41. welches dan Subjectio vero mediata dignitatem imperii status non parum licet haud minui, incompatibile sit, aliquem ratione bonorum, vel etiam domicilii; alterius subditum ejusque Landsassium, certo-

certoque respectu liberum & imperii statum, esse; cum una persona, diverso respectu, diversimode considerari possit, de quibus infra, ubi de natura der Landtsfürstliche Obrigkeit dicetur: Vt autem pateat qui status imperio immediate pateant, quantumque per collectas in singulos menses zum Römerzug & sustentationem Iudicii Cameralis annue imperio quondam accesserit: Matriculam Anno 567. 21. Iulii in Comitiis VVormatiensibus revisam, absque cujusquam præjudicio in fine libelli annecto.

7. Vastum hoc imperii corpus, cum Proceres viderent, simul facile haud moveri posse, in certos tractus placuit distinguere eisque consilii capiendi gratia præfectos constituere, quo ingruentibus necessitatibus periculisque commodius consuli posset, verum à Maximiliano I. Imperatore status imperii primum in sex circulos sunt divisi, videlicet in Francicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, VVestphalico-

phalico belgicum usque ad Mosam & Saxonicum, R. A. von ordnung des Regimens in Augspurg. de An. 1500. wie sechs Räthe auß den sechs Cratsen/ quibus postea An 1572. quatuor additi sunt, Austriacus, Burgundicus, Electoricus Rhenanus & superior Saxonicus R. A. de An. 572. vers. drauff haben wir sampt den ständen. ita ut in universum nunc decem sint, hâc circulorum distributione postea repetitâ, Carolus V. Imp. in Comitiis Norimburgensibus statibus singulis certos assignavit circulos. R. A. zu Nürnberg de An. 1522. sub tit. Erclerung des Landfriedens/ & quidem.

Primus Austriacus complectitur Archiduces Austriæ cum illorum ditionibus hæreditarii & Tiroli, Episcopos item Tridentinum, Brixensem, Gurtensem, Steckaviensem, Lavantinum, Comites Hardeccios, VVolckensteinios, Lohensteinios, Ragendorphios, &c.

Secundus Burgundicus Provincias

vincias Belgicas omnes, quas Carolus V. Imp. suo imperio tenuit, R. A 1548. nach dem dan von vnsern Burgundischen/ &c.

Tertius ELECTORIUS Rhenanus: quatuor Electores ad Rhenum cum Prælatis Comitibus & Baronibus subjectis.

Quartus SAXONIAE superioris, Electores & Duces Saxoniæ & Brandenburgenses: Episcopos Misnensem, Mersburgensem; Neumburgensem, Brandenburgensem, Havelburgensem, Libusiensem, Duces Pomeraniæ, Stetinenses & VVolgastanos, Abbatissas Quedlenburgensem, Gerenrodensem, Principes Anhaltinos, cum Abbatibus, Comitibus & Baronibus eorum territorio inclusis.

Quintus FRANCICUS, Episcopos Bambergensem, Herbipolensem, Eistettensem, Marchiones Brandenburgenses tanquam Burggravios Norimbergenses, Magistrum ordinis Teutonici, Principes & Comites Henneber-

nebergicos, Comites & Barones subjacētes; Civitates Norimbergam, Rottenburg, VVeinshemium, Schvveinfurtum, VVeissenburgum ad Neccarum.

Sextus BAVARICUS Electores ac Duces Bavariæ, Archiepiscopum Saltzburgensem, Episcopos Ratisbonensem, Frisingensem & Passaviensem: Comites Palatinos: Landgravium Leuchtenbergensem cum Prælatis, Abbatissis, Comitibus, Baronibus & Civitatibus adjacentibus,

Septimus SUEVICUS, Episcopos Churiensem, Constantiensem, Augustanum, Duces VVittenbergenses, Marchiones Badenses, Nobilitas Clypei S. Georgii, Equites in Hegaw/ Prælati, Comites, Barones & Civitates Imperiales in Suevia.

Octavus RHENANUS. Episcopos VVormatiensem, Spirensem, Argentinensem, Basiliensem, Lausanensem, Tullensem, Metensem: qui ultimi tres licet Anno 1152. teste & conquerente

rente historia, & Actis Imp. per Regem Galliæ, quoad jurisdictionem secularem imperio sint subducti, in Spiritualibus tamen Archiepiscopo parent. Abbates Fuldensem, Hirsfeldensem, Mosbacensem & S. Gregorii: Abbatissam Kauffingen, die Hertzogen auff dem Hundsrucken/ Duces Lotharingiæ, Landgravios Hassiæ, Westerich/ Wederaw/ cum Prælatis, Comitibus. Baronibus & Civitatibus vicinis.

Nonus VVESTPHALICUS. Episcopos Paderbornensem, Leodiensem, Vltrajectinum, Monasterienſem, Osnabrugensem, Cameracensem, Duces Iuliacenses, Montenses & Clivenses, Geldriæ, Comites Nassavienses, Seinenses, Virnburgenses & Isenbergii inferioris, cum Prælatis, Comitibus, Baronibus & Civitatibus Colonia & Aquisgrano ibidem existentibus.

Decimus SAXONICUS inferior, Archiepiscopos Magdeburgensem, Bremen-

Bremensem, Episcopos Hildesheimensem, Halberstadensem, Lubecensem, Mindensem & Verdensem, Duces Braunsvicenses, Lunenburgenses, Meckelburgenses, Holsatiæ, Sclesvvicenses, Lavvenburgenses, cum Prælatis, Comitibus & Baronibus Civitatibus Imperialibus adjacentibus, de circularibus Conventibus fusius infra, l. 4. c. 1.

Caput III.

De statibus Imperii Ecclesiasticis eorumque Iurisdictione duplici, spirituali & politica.

1. Supra, capite primo, facta est divisio Imperii statuum, in Ecclesiasticos & sæculares: Dicturi itaque de civibus Imperii, qui status sunt, Ecclesiasticorum statuum (quos ordo sacer cæteris anteponit) jurisdictio & potestas, tam Ecclesiastica, quam sæcularis, prius explicanda erit. Duplici quippe in Germania potestate utuntur

tur Epiſcopi, & Prælati exempti, (qui cum Epiſcopis, eadem omnino poteſtate ſæculari pollent. *Felin in l.* 1. *ducen.* 2. d. lud. num. 9.) ſpirituali & politica; illam quidem in his exercent quæ jura animæ & clericos concernunt, omniaque jura eis competunt quæ Eccleſiaſtico Magiſtratui in ſubditos conceſſa ſunt: ſummumque Pontificem ſuperiorem agnoſcunt. *Gail. de pac. publ, c* 1 *num.* 11. *Mynſ* 5. *obſ.* 58. Hanc vero, jure territorii, & ratione bonorum menſalium, fundorum, civitatum & Feudorum militarium exercent, eorumque intuitu, pro principibus ſæcularibus habentur, votumque & ſeſſionem, in Imperii Comitiis Imperatoremque ſuperiorem habent, *vide Mynſ obſervatione Cent* 2 *obſ* 51. Iuriſdictio enim Cæſaris, licet Laicis ſit, adverſus Eccleſiaſticos, in cauſis civilibus fundatur, ratione bonorum feudalium, Regalium? *Gail. lib.* 1 *d. P. P. cap.* 1 *num.* 13. *Schurff. conſ* 72. *nu.* 2. *Mager. d. adv. arm. c.* 17. *n.* 180. *& ſeq.*

Ideoque

Ideoque Cæſaris & Imperii legibus parere tenentur, ſub pœna privationis bonorum, quæ ab imperio tenent, *Gail. d. l. nu.* 12. Ratione etiam duplicis poteſtatis, diverſas recipiunt inveſtituras; illa enim quæ per annulum & baculum fieri ſolet, & per quam Spiritualis confertur poteſtas Pontifici: quæ autem per ſceptrum, & Regalia denotat, Imperatori cedit. de quibus Bulla Caliſti Papæ d. Anno 1122. Non. Calend. Octobr. apud Naucler. *in Chron. l.* 2. *Gen.* 38.

2. Epiſcopos à Ludoico Pio Imp. in Imperii Principes cooptatos eſſe legimus apud Helmodum *l*1. *c.* 4. *vid. Heig. p.* 1. *q.* 4. *num.* 61. *Sixt. de regal. l.* 1. *cap.* 4. *n.* 125. *Ant. Coler. de Iuriſd. Imp. Germ. concluſ.* 49. Politica vero poteſtas, ſub Ottone I. eis communicari cœpta; qui Fratri ſuo S. Brunoni Ducatũ Lotharingiæ contulit: *Chron. Colon. fol* 128. *Lehem. Chron. Spirenſ. l.* 4. *c.* 3. Quod cum iniquum multis videretur eum VVitichind. (*l* 1. *f.* 11.)

his

his verbis excuſat, Brunonem Pontificis Summi, & Ducis Magni, vidimus officium gerentem; ac ne quis eum culpabilem ſuper hoc dixerit, cum Samuelem ſanctum, & alios plures, legamus & Iudices. Autor etiam Chron. Belgicæ teſtatur referente Lehemanno citato loco, ante tempora S. Brunonis Archiepiſcopos Colonienſes non judiciis gladii temporalis, ſed tantummodo juriſdictione baculi paſtoralis, uſos eſſe, exinde vero poteſtatem ſæcularem cum ſpirituali conjunctam exercuiſſe. Manent tamen hic ſeparata munera, ſacerdotum & imperium; nec propterea confunduntur, quia illud miniſterii, hoc territorii jure ſibi vendicant. Imo in politia Moſaica, Græca, & Romana aliiſque multis, imperium fere cum ſacerdotio conjunctum fuit, *Ærod. ver. iud. l. 1. t. 4. c. 1. Heig. d. c. 4. num 57.* Quid vero moverit Imperatores, quod remotis ſæcularibus Magiſtratibus, Eccleſiaſticos præfecerint? haud per-

vium

vium est: arguunt tamen scriptores, id ideo factum esse, quod in his seditionem, quam in illis sæpissimè experti erant Cæsares, haud metuerent. vide Lehman Chron. Spir. d. l.

3. Sicuti ante Christi adventum, imperii Rom. moderatores, singulis Provinciis, Civitatibusq; certos Præfectos, hisque majorem adhuc magistratum, nempe Præfectum prætorio (ad quem omnes appellationes devoluebantur) præficiebant: ita mox ab Apostolis eorumque successoribus factum est, Primatibusque sæcularibus, Prælati Ecclesiastici, adjuncti sunt; qui Episcopi dicti sunt, à verbo Græco, ἐπισκοπᾶν quod inspicere significat; speculatores enim & inspectores vitæ ac morum populi dicuntur; quos hodie in quadruplici videmus esse differentia, quidam enim simpliciter Episcopi dicuntur & Diœcesani, qui majoribus populis & frequentioribus civitatibus præsunt. *Lancell. instit. l. Can. l. 1. tit. 3. vers. simpliciter.* quidam Archie-

chiepiſcopi, qui univerſæ provinciæ præſidentes, Epiſcopos aliquot ſub ſe habent, & à matrice civitate Metropolitanæ dicuntur, à quibus illi in effectu non differunt. *Magnif. Domin. VVintzl. de iuriſdict. Epiſc. Germ tit. 1. num 3.* quamvis Metropolitani quandoque Archiepiſcopis ſubjiciantur. *C. clerus diſt. 21. c. provinc diſt. 99.* Alii Patriarchæ & Primates, qui integræ nationi, quæ plures continet provincias, præſident. *Lancell. in templ. omn. iud. lib. 2. cap. 3. numer. 2.* Supremus omnium Epiſcopus eſt Pontifex Maximus, *c. Clerus diſt. 21. Grec. Tholoſ. Syntag. iur. univerſ. lib. 15. c. 3.* Cardinales ſub Epiſcoporum genere non continentur, cum Cardinalatus dignitas plerumque Diaconorum & Presbyterorum urbis, ac Epiſcoporum urbi vicinorum, annexa ſit officiis: & Cardinales quaſi Præcipui Sacerdotes & Principales id eſt Cardinales dicuntur. *c. 2. de Officiis Archipresbyt. ibid. gloſſ.* Pontificiamque in Eccleſiis, ſibi

in

in titulum assignatis, jurisdictionem exercent. *Abb. in C. his qua de major. & obed. Felin. in C. venerabilis n. 34. de except* eosque Patriarchis præfert ordin. Concilii Basilienſis interpres. *gloss. in § quod si quis in pragmatica sanctione.*

4. Pontificis summi potestas summa est, eique subjectus est totus clerus; & omnes Ecclesiæ. *Clem. 2. §. 1. ibid. Cardin. de sepul. spec. tit. de præs. vers. illud vid. Cavall. commun. contra comm. quæst 897 num 446. & seqq.* Et in jurisdictione universa Ecclesiastica, quo ad loca, personas, & causas omnes, cum Prælatis omnibus concurrere tradunt Ioh. Monach *in C. si eo tempore de elect. nu. 6.* Bald. *in c. 1. col de his qui feuda dare possunt, & in c. 1. nu. 1 quis dicatur Dux & in cons 96. nu. 2. vers. de Papa autem volum. 3.* Fulv. Pacian. *cons 80. num. 16. & seqq.* imo ad Pontificem maximum, regulariter à quocunque judice, recto & omisso medio appellatur, *text. in c. ad Romanam 2. q. 6.*

q. 6. in c. in duobus q. 7. c. ſollicitudinem, & hæc quidem de jure Canonico, ſecus de jure civili. *Marant. de ord. iudic. part. 6. act. 2. numer. 357. & ſeqq.* ubi nu. 265. ait: eum judicem competentem eſſe, contra omnes ſuperiorem non recognoſcentes, ratione injuſtitiæ manifeſtæ & peccati. *vide omnino VVintzl. de iuriſd. Epiſc. Germ. tit. 40. 41. 42.* Inter Primates & Patriarchas nulla realis eſt differentia, *ſpec. in tit. de diſpenſ. §. ſunt quoque per C. Provincia 99. diſtinct.* & tam illis, quam his. Archiepiſcopi reverentiam & obedientiam debent, *ſpec. tit. de offic. ord. & de maior. obedient. in princ.* & ab his, ad illos appellatur, *C. de primatibus 99. diſtinct.* In Belgica Provincia, Trevirenſis Primas eſt, *C. Tengualdum. 11. quaſt. 1.* In Germania Magdenburgenſis, ex beneficio Benedicti VI. Papæ; cui tamen in reliquos Archiepiſcopos nulla poteſt eſſe poteſtas, quam diu Sacros Canones non agnoſcit. *Magnif. D. VVintzler. de Iuriſd.*

Episc. Germ. tit. 1. Archiepiscopi præter suam diœcesin (in quâ ordinariâ pollent jurisdictione) in suffraganeos & reliquos Episcopos provinciæ totius, jurisdictionem habent. *C. pastoralis & ibi Abb. & d. offic. ord. Maguf. D. VVintzl. tit. 1.*

5. Archiepiscopi in Germania septem sunt 1. Moguntinus, cui subsunt suffraganei sive comprovinciales Episcopi, Herbipolensis, Spirensis, Argentinensis, Constantiensis, VVormatiensis, Augustanus, Paderbornensis, Hildesiensis, Eychstetensis, Curiensis, Halberstadensis & Verdensis. II. Colonensis, huic subsunt Leodiensis, Monasterensis, Miindensis, Osnabrugensis, & Vltrajectinus: sed hic ante aliquot annos, cum tot novi Episcopi in Belgio eligerentur in Archiepiscopatum excitus, & Colonensi superioritati subtractus est. III. Trevirensis, cui parent, Metensis, Verdunensis, & Tullensis. IV. Magdeburgensis, huic subsunt Misnensis, Mersburgensis,

ſis, Navenburgenſis, ſive Citzenſis, Brandenburgenſis, & Havelburgenſis, V. Saltzburgenſis: cui parent Ratisbonenſis, Patavienſis, Tridentinus, Friſingenſis, Brixienſis, Gurcenſis, Chiemenſis, Seccovienſis, Lavantinenſis, & Viennenſis. VI. Bremenſis: huic ſubſunt Lubeccenſis, Razeburgenſis, Scheurinenſis, Schleſvicenſis, & Lebuſienſis. VII. Bipontinus: ei ſubſunt Baſilienſis, Lauſanenſis, & Belienſis, *vid. Pet. Cutſem. in Apol. c. 18. Magnif. D VVintz. de iur. Epiſc tit. 2.*

6. Ex quibus pateſcit Epiſcopos ſubſequi Archiepiſcopos, de quorum jure & poteſtate aliquid dicturus. duo in iis conſidero, 1. Modum, quo ad Epiſcopalem dignitatem evehantur, 2. Iuriſdictionem. Ad faſtigium Epiſcopale Electione pervenitur in Imperio, circa quam quatuor potiſſimum conſideranda veniunt: Perſona, tempus, locus, & forma. Perſonæ tam eligentium quam eligendorum, eligentes perſonæ hodie tantū ſunt clerici, id eſt,

Canonici, in Ecclesiis Cathedralibus. *Bellarm. in Controvers. de memb. Eccles. milit. l. 1. cap. 9. Ohm. de Iur. Episcop. thes. 14. lit. 6. Magnif. D. VVintzler de iurisd. Episc. tit. 3.* non suspensi *cap. 8. 10. de consuet.* non excommunicati *C. fin. x. de cler. excomm in 6.* In persona eligenda regulariter requiritur, ut de gremio Ecclesiæ sit. *C. nullus distinct. 61. C. metropolitano, dist. 33.* Tempus, quo electio facienda, est, quo Ecclesia, sive per mortem, sive alio modo vacat. *C. factus c. novitianus 7 q. 1.* locus vero, Ecclesia Cathedralis. *C. quod sicut in princ. vers. cum iuxta extra de Elect.* Forma eligendi præscribitur in capite quia propter *x. de elect. & Electi potestate*, quâ non servatâ, electio per sententiam invalidatur. Possunt tamen eligentes, ante sententiam de novo eligere. *Magnif. D. VVintzler de iurisd. tit. 3. num. 4.* Electio triplex est, una per scrutinium, usitatissima, 2. per Compromissionem, admodum rara, 3. per inspirationem, quæ fere prorsus

ſus in uſu eſſe deſiit. Et primus quidem modus neceſſitatis eſt, ita ut ad procedendum per eum, etiam uno ſolo obſtante cæteri teneantur, *arg. lib. 28. comm. divid.* duo ſequentes voluntatis ſunt, cum nemo invitus cogatur ad eos procedere. *Mandagot 1. p. c. 21. Concil. Trid. ſeſſ. 25 c. 6. de regular.* Ab hac electione non multum differt poſtulatio, quæ eſt unanimis, certa ſimplexque collegii petitio, Antiſtiti facta, ejus perſonæ, quæ aliquo defectu ad regendam vel adminiſtrandam Eccleſiam admitti non poterat. Secundum Abbat, in rub. ext. eod. & regulariter qui eligi nequeunt, poſtulari poſſunt: ut minores, laici, ſervi, liberti, adſcriptitii, clerici alterius ptofeſſionis, ordinis, & collegii, illegitimi, excommunicati, & quævis aliæ perſonæ irregulares. *Innocent. in C. etſi unanimiter ext. eod. 58 diſtinct. capit. 2. & C. officii ext. de Elect.*

7. Electionem ſequitur confirmatio, abſque quâ nullam fere Epiſcopus

habet potestatem. *C. nostris. C. qualiter 1. fin. de elect in 6. C. quod sicut §. super x. de confirm. elect.* Postulatus, cum ex justis causis superiori commendetur, si assentiat is, alia confirmatione haud indiget; qualificando enim eum ad dignitatem Episcopalem recipiendum, jam satis approbasse censetur. *C. bona. §. 2. fin de postul. prælat.* Confirmationem si quis absque justo impedimento intra tres menses petere neglexerit regulariter jure per electionem quæsito, privatur, neque ullam fere potestatem exercet. *cap. avaritia de Elect in 6.* Ab hac regula excipiuntur Episcopi Germaniæ, & extra Italiam constituti, qui propter Ecclesiarum necessitates, dispensative in spiritualibus & temporalibus administrãt, donec confirmationem impetraverint. *Magnif. D. VVintzler. de jurisd. Episc. Germ. tit 5.* Abbas aliique inferiores confirmantur à suo Episcopo *cap. 13. x. de Elect.* Episcopus, ab Archiepiscopo; à Patriarcha Archiepiscopus

ſcopus C. *antiquam de privil.* & hi à Papa confirmandi ſunt; niſi ex illis quiſpiam Rom. ſedi immediate ſit ſubjectus, aut ſummus Pontifex, ſingulari jure confirmationem ſibi reſervarit; ut in Epiſcopis Germaniæ vigore concordatorum d. Anno 1447. ad quæ vid. Georg. Branden. I. V. D. Tribuit autem confirmatio ea, quæ ſunt juriſdictionis *Abb. in C. qualiter num. 4. de elect. & d. C. avaritiæ in 6. x. de elect.* quæ vero ſunt ordinis, non exercent, niſi conſecrati. C. *tranſmiſſam de elect.* Conſecrati Archiepiſcopi, non niſi obtento pallio C. *quod ſunt §. præterea ext. cod.* quo pōtificalis apex & Archiepiſcopale nomen indulgetur, C. *niſi ſpecialis cum his de auth. Pallii,* hæc breviter dicta ſufficiāt de ritu, quo ad dignitatem Epiſcopalē pervenitur, modo juriſdictionē ipſam aggrediar.

8. Epiſcopus per totam diœceſin, & in qualibet ejus parte, fundatam habet intentionem ordinariæ juriſdictionis. C. *cum Epiſc. x. de offic. ord. in 6.*

Hostiens. in summ. de foro competente. Paurmeist de iurisd. tit. 6 in omnium clericorum res, tam civiles, quam Ecclesiasticas, *C. pernitiosum de offic. ord. in 6.* diœcesis enim est territorium Episcopi in spiritualibus, *C. omnis Basilica 16. quæst. 2* latiusque patet quam territorium. *Alciatus in l. pupillus §. territorium ff. de verb signif.* sæpius enim sub alterius Principis territorio, aut civitatis liberæ districtu, Episcopi jurisdictio est Ecclesiastica, *Matth. Steph. de iurisd. l. 3. cap 14. num. 12. & seq.* Sic Archiepiscopus Colonienſis in Ducatu Iuliæ, Cliviæ, Montis jurisdictionem exercet spiritualem, *vid. Magnif. D. VVintzler de iurisd. tit 6.* Vniversum vero jus Episcopale, non incongrue ad tria capita videtur referri posse. Ordinem scilicet, legem Diœcesanam, & jurisdictionem. Ratione ordinis, competit iis potestas publice docendi verbum Dei, administrandi sacramenta, peccatores in Ecclesia ligandi, & absolvendi, item ad sanctæ prædi-

prædicationis & connexorum, officium exequendum, alios adſumendi, iiſque beneficia, titulos, præbendas, Canonias conferendi, coſdemque ad talia beneficia inveſtiendi. Abbates inſuper, Abbatiſſas & ſacras Virgines benedicendi; Eccleſias & loca ſacra erigendi conſecrandi, & ſimilia. *Laurent. Ohm de iure Epiſc. concluſ.* 15. Ad legem diœceſanam ſpectat ſynodorum Epiſcopalium convocatio, *Cod. quando diſtinct.* 38. *c. placuerit*, 12. *q* 2. *C. annis ſingulis diſtinct.* 18. Semel in anno *d. c. ſicut olim de accuſ.* vel bis fienda. Eaque in diœceſi Colonienſi feria ſecunda, poſt dominicam invocavit, & feſtum S. Remigii celebrari ſolet *Stat. Colon. Provinc. fol.* 407. 441. & 533. Perceptio item Synodatus ad eandem ſpectat, quod ſolvitur à Clericis Epiſcopo, ob honorem cathedræ. *Matth. Steph. de iuriſd. lib.* 3. *p.* 1. *cap.* 14. *num.* 102. Viſitatio item eſt legis diœceſanæ, *C. conquerente de offic ord.* Quæ cura impedito Epiſcopo Archidiacono

no defertur, *C. 1. de offic. Archid. C. perlect. 25. distinct.* ad legem item hanc pertinent, administratio bonorum Ecclesiæ, Religiosarum domuum inspectio, & provisio, Decimarum perceptio & distributio, Canoniæ portionis sive quartæ retentio & similium jurium, quæ in quibusdam Germaniæ locis fere cessant, & alia subordinata reperiuntur, quid usuveniat in Archiepiscopatu Colonienſi *vid. statut. de An. 1536 p. 13 c. 12. fol 44. Magnif. D. VVintzler de iurisdict. Episcop German. tit.* 33. vigore legis Diœcesanæ, Episcopus in casu honestæ necessitatis, charitativum subsidium à cleticis exigit, *C. conquerente x. de offic. ord. C. cum Apostolus* §. prohibemus x. de censibus. *Panormitanus in C. cum Apostolus x. de censibus numer. 5.* ubi charitate desinente ait potestatem incipere, quam ipse Episcopus contra clerum renitentem etiam sine Pontificis authoritate adhibere queat. *vide Boer. decis. 136. num. 1.* Denique Cancellariatus

riatus & juriſdictionis Officium & dignitas in Academiis ſuæ Diœceſis competit Epiſcopo ex l. Diœceſana ſalvo tamen manente jure Patronatus quod Patronis Fundatoribus acquiſitum eſt. *vid. Matth. Stephani de iur. l 3 part. 2. cap. 14. num. 28.* ubi poſt ſynodum Baſilienſem & Ferrarienſem ita cœpiſſe, & in Epiſcopos Diœceſium in terris Eccleſiæ & Imperii tranſlatum eſſe tradit. Singularis nimirum Pontificum & Impp. gratia. Ad legem juriſdictionis ſpectant, clericorum omnes cauſæ civiles, criminales & laicorum ſpirituales, clericos item ob crimen, exceſſum vel defectum cognitum, ab officio removere, aut ſuſpendere, cenſuram Eccleſiaſticam in omnes Diœceſanos, Clericos & laicos per excommunicationem majorem & minorem exercere. Competit itaque ratione juriſdictionis Epiſcopo in omnes & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, tam regulares quam ſeculares, poteſtas & juriſdictio,

C. clerici C. cum non ab hoc, qualiter extra d. iudic. c. postulasti x. de foro compet: sortiunturque forum quatuor modis, ratione scilicet domicilii, contractus, delicti & rei sitæ, sub nomine clericorum, continentur & ii de quibus dubitatur num clerici sint nec ne, item Oeconomi Ecclesiarum *l decernimus 13. c. de Episcop. aud.* Symphoniaci, Æditui, *& arg. cap. perlectis distinct. 25. auth. presbyteros. C. de Episc. & cleric.* honesta familia clericorum, *arg. l. 2. c. ad C. Romana 1. de pœnis in 6.* Idque sive in rem, sive in personam agatur, *C. sane x. de foro compet.* consuetudo etiam contraria, ut scilicet coram laico clericus conveniri possit, nullo jure valet. *C. clerici. x. de iudiciis*, nec pactum etiam juratum, cum in clerici potestate non sit, se laici jurisdictioni subjicere, *C. si diligenti x. eod.* Imo nec de Pontificis vel Episcopi consensu id fieri posse vult. *gloss. & DD. in c. significasti x. de foro Compet. Marant. in spec. p. 4. dist. 11 num 2.*

Marta

Marta de Iuriſd. inter Cler. & Laic. p. 2. c. 6. Idque tam in civilibus quam criminalibus, *C. pernitioſum de offic. ad 6. c. fin. ext. ne Cleric. & Monach. in 6. l. cum Clericis C. de Epiſc. & Cleric. auth. Statuimus C. eod.* omnes item cauſæ quæ contra clericos intentantur, *cap 1. cum contingat x. de foro compet. Magnif. D. VVintzl. d. Iuriſd.* Et licet regulariter laicus coram Iudice Eccleſiaſtico, nec clericus coram laico conveniri poſſit & debeat, multi tamen ſunt caſus quibus & hic coram laico & ille coram Eccleſiaſtico experiri tenetur, & imprimis laicus Eccleſiaſtici juriſdictionem prorogans, coram eodem conveniri poteſt, *l. ſi qui ex conſenſu C. de Epiſc. aud. Duarenum de ſacris Eccleſ miniſt. & benef. l 1 c. 2.*

Secundo ſi conveniantur à viduis Pupillis & aliis Perſonis miſerabilibus, *Abb. D. d. in c. ſignificantibus d. offic. deleg Felin. ibid. Alex. conſ. 121. col. fin. in 1. voll.*

Tertio ſi agatur de cauſa ſpirituali

vel spiritualitati annexa, *Lancell Conrad. in templ. Iud. l. 2. c. 5. §. 4. de dignit. Episcop. num.* 11. Quæ in duplici inveniuntur differentia ut aliæ sint civiles, aliæ criminales, civiles dona Dei, sacramenta Ecclesiæ, beneficia, præbendæ, dignitates personales comprehendunt *vid. Magnif. D. VVintzler. de iurisd. Episcop. tit.* 13. Criminales Ecclesiasticæ sunt, ubi agitur de criminibus Ecclesiasticis, de hæresi, Apostasia, Sacrilegiis, vid. *Lancell. Conrad. cit. loc. & Maran. de ord. Iud. distinct.* 23, *num.* 5. Huc & refero denunciationem euangelicam, per quam reparantur ea quæ juris civilis auxilio sunt destituta, quandocunque scilicet quis rem indebite & contra conscientiam, etiam juris civilis authoritate, obtinuit, idque reus professus sit, ubi ago ad binam denunciationem, reus rem restituere tardaverit, à Iudice Ecclesiastico, ad ejus restitutionem compellendus est, *vid. omnino Marant. part.* 6. *vers. de denunciat. num.* 4. & seq.

ſeq. c. novit. & ibi Panormit. tom. 6. cap. 1. coll fin. de conceſſ. præbend. Tuſcum verb. Denunciatio. plures caſus quibus clericorum in laicos eſt juriſdictio. vid. apud Marant. de ordin. iud. diſtinct. 11. numer. 6. & ſeq. mult. Io. Bertachinum de Epiſc. lib 4 pagin. 2. numer. 6. & ſeq præmiſſa juriſdictionis Eccleſiaſticæ generalitas, non ſecus ac politicorum reſtringitur, ac primo quidem clericus de delicto conventus, gladio ſpirituali nihil proficiente, per ſæcularem compellendus eſt poteſtatem, d. c. cum non ab homine x. de iudic. Proſper Farinac. part. 1, tom. 1. quæſt. 8. latiſſ. Matth. Steph. de iuriſ lib. 3. part 1. cap. 14 numer. 133. & ſeq. Secundo in cauſa mere reali, juxta judicatum Cameræ, laicorum eſt juriſdictio, Gail. 1 obſ. 37. numer 4. de pignorat. cap. 7 numer. 2. Mynſ. 5. obſ. 93. num. 6. Tertio mere poſſeſſorium, etiam in cauſis Magnif. D. VVinzl. de iur. Epiſc. Germ. t. 14. Cum nihil habeat cum Eccleſiæ petitorio

commune, & ad sæcularem spectet magistratum.

Quarto quo ad bona feudalia, clerici non gaudent, fori privilegio, *C. ex transmissa c. verum & ibi d.*

Quinto Clericus venditor, coram laico conveniri poterit, cum emptoris sit defensor. *Gail. obs. 17. numer 6. ubi plures casus vid. latiss. Paurmeist de Iurisd. lib 2. cap 8. num. 77. & seqq.* Sunt & causæ, quæ mixtæ dicuntur, in quibus tam Ecclesiastici, quam laici est jurisdictio, prævenioque locum obtinet. *Marta de Iurisd. inter Eccles & laicum p. 2. c. 2. per tot. vid D. VVintz. d. l tit. 15. & 16.* Episcopi in causis Ecclesiasticis & mixti fori, non solum explicationem judicii, sed & executionem habent irrogando pœnas & censuras, *Lancell. in templ. Iud. lib. 2. cap 5. §. 4.* Imo jus capturæ & carceris, contra clericum *C. dilectis filiis de appell. c. cum Episc. x. de offic ord. in 6.* ubi vero executionem perficere nequit, invocat brachium seculare. *Covarr. pract. quæst.*

quæſt. cap. 10. *num.* 2. *v.* 4. *Matt. Steph. de Iuriſd. lib.* 3. *p.* 1. *c.* 14. *num.* 132. *& ſeq.* non vero contra laicum, niſi ſimul ſeculari polleat poteſtate, uti plerique Epiſcopi Germaniæ, clerici licet regulariter omnes jurisdictioni Epiſcopi ſubſint: quidam tamen exempti inveniuntur uti Ciſtercienſes. *Gl. in Clement.* 2. *x. d. Stat. Monach. c. cum ordinem* 2. *de reſcript c ex parte. C. fin. x. de decim. clem.* 2. *x. de cenſib.* Minores, Prædicatores, aliique mendicantes & his ſimiles *Greg. Tholoſ. Syntag. I. V. l* 25. *cap.* 8. *num.* 16. qui Summo Pontifici, ordiniſque ſui Generali ſubjecti ſunt, *d. Clement.* 2. *d ſtat. monach.* de Epiſcoporum vero adhuc in hos juriſdictione, *vid. Magnif. d. VVintzler d. l. tit.* 10.

9. Hodie vigore pacis religioſæ A. 1555. §. damit auch Eccleſiaſtica Epiſcoporum juriſdictio, in Principum Proteſtantium territoriis ſuſpenſa eſt, quo ad auguſtanam confeſſionem ejuſque miniſteria, ritus, ordinationes.

& ceremonias §. damit auch; neque id in omnibus causis Ecclesiasticis, sed iis duntaxat, quæ ad Lutheranismum ejusque exercitium pertinent, propter verba illa dicti §. aber in andern sachen: quales sunt causæ matrimoniales, decimarum & similes. *ICC. Diling Comp. pac. c. 8 num.* 132. quæ inter Catholicos & Lutheranos æque observantur, exceptis quibusdam differentiis causarum matrimonialium. *Gilm. to. 1. p. 1. tit. 3. voto 9 numer. 1. & seq.* in quo tamen difficultatem Principes Lutherani fecerunt semper, omnia indifferenter asserto superioritatis jure sibi attribuentes, de quo sæpius conquesti sunt Catholici, uti ex *Comitiis August. d. An* 1559. §. dar auch den Buchstab: & *Comitiis Ratisbon. d. An.* 1594. §. wie die Catholischen apparet. vid. *Composit. pac. Relig ICC. diling. cap. 6. quæst* 42. *Excell. D. Lyndensp. in Analysi ad pac. Relig. ad* § 7.

10. Episcopi jurisdictio, Capitulo accedit sede vacante, ea scil. cujus capax

pax eſt, C. *irrefragabilis x. de offic. ordin. c. cum olim, c. his quæ de maior & obedient. Gail.* 1 *obſ.* 30. *num.* 10. Ea vero quæ ordinis ſunt, alteri qui Epiſcopali poteſtate fulget, committit. *Panorm in C. his quæ num.* 3. *x. de maiorit. & obedient.* quæ ad Capitulum ſede vacante deferantur prolixè explicant Io. Franc. Pavin. *in tract. de offic. ac poteſtate capit ſede vacante q.* 3. 4. 5. 6. 7. *& ſeq.* 1. *par. princip. qu* 1. 2. 3 *& ſeq.* 2. *part. princip. & quaſt.* 1. 2. 3. *& ſeq.* 2. *part. principalis. Magnif* D. *VVintzler de iuriſd. Epiſc. tit.* 31.

11. Hæc de Eccleſiaſtica Principum Imperii juriſdictione ſufficiant. Politica reſtat, cujus intuitu, ſecularibus omnino comparantur, de qua tamen infra capite ſequenti plenius dicetur. Hanc autem per regalium inveſtituram, ab Imperatore conſequuntur. *Aur. Bulla cap.* 29. *&* R. A. zu Regenſpurg *d Anno* 1500. §. *ſub rubr.* der Teutſchen orden. *Buxtorff. ad A. B. concl.* 69. *lit. A. Reink. de reg. ſec. l.* 1. *claſſ.* 4.

class 4. cap. 10. num. 28 & seq. Magnif. D VVintzler de Episc. Iur. tit. 22. Et non nisi canonice electis & qualificatis tribuitur, unde dubium ortum gravissimum, an ii, qui Augustanæ Confess. sunt, & ad Ecclesiasticas dignitates, postulantur, absque Regalium investitura & confirmatione, Regalia consequantur, id negat *Magnif. D. VVintzler. d. l. tit. 24. 25. & seqq.* hodie vero vigore transactionis Passavensis, cum Sereniss. Electore Saxoniæ initæ (cujus conditiones accipere reliquis protestantibus si velint liberum est) Ecclesiastica bona, pœnes assertos possessores remanent per 40. annos, à tempore transactionis initæ, quæ sc. Anno 1627. 12. Novemb. Stilo novo pœnes illos fuisse deprehendunt. *Transac. Passa* § waß aber anlangen medio tamen tempore, à vobis & sessione, quæ jura Ecclesiasticis bonis annexa sunt, tam in publicis Imperii Comitiis, quam Deputationibus, revisionibus, & visitationibus Came-

ræ

ræ abſtinentur, *d tranſ §. anlangent die ſeſſiones.*

12. Epiſcopi juriſdictionem temporalem habentes, in cauſis ſanguinum quoque judicant, quod tamen judicium citra irregularitatem non exercent. *C. fin. x. ne Cleric immiſc. ſe ſec. negot. C. ex litteris x. de exceſſ. Prælat. C. ſed nec C. Clericus. ne Cleric. ſe immiſc. Clericis enim*, imò in minoribus ordinibus conſtitutis, non licet judicium ſanguinis ferre. *C. Clericus ubi Panormit. x. Cod. c. his à quibus 23. q 8.* Vnde in curiis Principum Eccleſiaſticorum, qui temporali juriſdictione utuntur hæc cura laicis committi ſolet. C. *ſententiam ne cleric. immiſc. ſe ſec. negot. & c. fin. d. tit. in 6. Gail. 1. de pac. pub. cap. 16. num. 12. & 26*, plura de poteſtate & juriſdictione Epiſcoporum, de pœnis & correctionibus Eccleſiaſticis, & quam poteſtatem Magiſtratus Politicus in Clericos, ac circa miniſteria Eccleſiæ habeat, erudite pertractata videantur apud Duarenum

in Comit. d. sect. Eccles. minist. ac benef. lib. 1 cap. 2. & seqq. Lancelot. Conrad. *in templ. iud. l. 2. c. de Episc.* Greg. Thol. *l 15. c 12.* Ant. de Prælatis *in clypeo Pastor cap. 6. de maioritate inter personas* Ecclesiasticas. Hieron. Gigas. *de resid.* Alph. Alvarez in spec. 30. 32.

13. Vtramque iurisdictionem Episcopi per Vicarios suos administrant, qui triplices fere sunt, aut in Pontificalibus, qui ea quæ ordinis sunt expedit, & titulo Episcopali insignitur, *C. quod sedem ubi gl. & D. d ext. de offic. ordin.* quem vulgus suffraganeum & Weyhebischoff appellat, aut in spiritualibus, qui spiritualia administrat, dando licentiam ad ordines *C. cum nullus ext d. temp. ord. l. 6* quam ab Officiali datam memorat Magni f. D. VVintzler *de iurisd. Episc. Germ. tit. 35. num. 2* dispensando, admittendo permutationes item uniones & his casus similes, absque strepitu judicii. Si tamen is, cujus interest se juri offerat, ad officialem remissio sit. D. VVintzler

ler *d. l num 3.* Aut denique in juriſdictionibus, qui Officialis appellatur, *cap. 1. & 2. ext. de offic. Vicar. in 6* Hic ſi generaliter ſit conſtitutus, ordinarius cenſetur, & ab eo non ad conſtituentem Epiſcopum, ſed ſuperiorem provocatur. *Salicet in l. præcipimus C. de appellat. Alexand. in rubr. de iuriſ. omn. iud Barth. in l. 1. 8. ab eo quis à quo appellat. Lancel. Conrad. in templ. Iud lib. 2 cap 6. de Vicar. Epiſcop. § de conſtitut. Vicar. Epiſcop. numer 11. & 15. & ſeq. Beſold. de appellat c. 4. nu. 15.* Si vero ad eam cauſam vel in loco certo Diœceſios conſtituuntur, Vicarii foranei & rurales appellantur, & delegatorum numero habentur, à quibus Epiſcopus vel Vicarius generalis provocatur. *Calder conſil. 2. tit. de appellat. Maranta de ord. iudic. p. 6. d. appell verſ. ſecunda Principalis regula num. 369. & ſeq.* Iuriſdictio autem Vicario generali conceſſa, non tranſit, privative, ſed cumulative, juxta communem Dd. opinionem. *Duar in l 24.*

§. *si quis post de legat.* 1. *Thom. Grammat. decis.* 30. *Chassan. consuet Burg. rub* 2. § 1. *gloss. ult. num.* 10. *Thesaur. decis.* 132. *Monach.* 2. *præsumpt.* 18. *Colerus de process. execut. p.* 2 *cap.* 1. *n.* 149. *Mynsi. cent.* 6. *obs.* 99. Nec prohibetur Episcopus habens Vicarium causas per se audire. *Iac. Sbrox. de Vicar. Epis. quæst.* 39 *num.* 2. & si concurrat non dicitur præveniri, sed impediri. *Marta de Iurisd. inter Iudicem Ecclesiasticum & secularem. p.* 2. *cap.* 2 *numer.* 2. Nullitatis etiam deductio, ac restitutio in integrum contra Vicarii sententiam apud Episcopum postulari potest, *Marant. de ord. Iud. d. l. n.* 371. Imo causam avocare, cum Episcopi majus sit Imperium. *Barthol. in l. Iudic. solvitur de iudiciis. Bertachin. in tract. de Epis. s. part. l.* 4. *num.* 48. Idque vel expresse (id est, expressis litteris) vel tacite, cognoscendo vel committendo causam *Gail. l. obs.* 41. *n.* 11. *& seq. Marant. in spec. p* 4. *distinct.* 16. *num.* 58. Secus est, si is avocet, qui judicare

dicare non juſſit, *d. l. iudicium. ff. de iudiciis.* non obſtante avocatione, valet quod actum eſt, *Caſtrenſis in d. l. iudicium num 7.* Ab Epiſcopo autem appellatur ad Archiepiſcopum tam in Eccleſiaſticis *C. ad reprimendam ext. de offic. ordin. C. dilectis ext. de appell. quam ſecularibus, C. Romam. § debet. ext. de appel. in 6.* Idque de conſuetudine Germaniæ, quod præjudicio firmat. Magnif. D. VVintzler *de Epiſc. Germ. Iuriſd. tit. 40. num. 34.* ab Archiepiſcopo in terris Imperii in cauſis tantum Eccleſiaſticis, ad ſummum Pontificem *c. novit. de iudic.* in ſæcularibus ad Imperatorem vel cameram appellatur, *Ord. Cam. p. 2. tit. 1 Gail 1, obſ 3 p. 8. & ſeq.*

CAPUT IV.

De Principum Imperii ſæcularium prærogativa & Iuribus.

1. PRincipis nomen generaliter & nativa ſignificatione, id quod primum eſt denotat: â qua tactum eſt ad

ad eos, qui in civitate primum dignitatis locum obtinent, & reliquos authoritate antecellunt *Cic. 3. Philippo dii immortales quam magnum est in civitate tueri locum Principis.* Vnde in Imperio Romano, Imperatori proprie hæc appellatio convenit, qua & denotari solet in legibus Romanis, *l. Princeps de leg. & tot. tit. de constit. Princip. §. sed & quod instit. de I. N. G. & C.* Et hodie adhuc in litteris quibus ita adhuc inscribi solet. dem Allerdurchleutigsten Fürsten N. Erwehlten Römischen Käyser. Generaliter tamen etiam Principes dici possunt, ii, qui in magno aliquo potentatu proximi à rege sunt, ut declaravit ex Card. Zabarell. Iohan. Fichardus *1. class. 77. numer. 10.* & tali Principum appellatione, non solum Duces, Marchiones, Landgravii: sed & Comites, Barones continentur. *Iacob. de S. Gregor. in invest verb. Princeps. Schrader. de feud. p. 10. sect. 1. num. 28. Pruckm. cons. 4. num. 4. voll. 1.* ad quorum differen-

ferentiam, Imperator plerumq; ſummus Princeps appellari ſolet. attribuituretiam quibuſdam in ſpecie Principis nomen, qui neque Duces, neque Marchiones ſunt, ſed tantum Principes dicuntur. Talis in imperio eſt, Princeps Anhaltinus, Zollerenſis, ita ut quidem omnis Dux, Marchio etiam Imperii Princeps ſit: non vero contra, omnis Princeps Dux ſit, Marchio aut Landgravius. *Matth. Steph. de iuriſ. 2. p. 1. cap 5. num 22. & ſeq. Fritz. de nobilit. apud Aruma d. l. p. tom. 1. diſc. 16. concluſ. 18.* In præſenti vero negotio, Principis nomen generaliter ſumimus, pro omnibus, regalem dignitatem cum territorio, cui illa inhæreat, poſſidentibus, idque ſub immediata Imperatoris & Imperii juriſdictione. *Garſ. Maſtril. de magiſtrat. lib. 4. c 3. n. 6.*

2. Præeminentia Imperii Procerum imprimis in hoc elucet quod iis muta confœderatio permiſſa ſit ad communem utilitatem, & fortunarum

rum suarum justam defensionem, *A. B. tit. 15.* in qua tamen salus Imperii, & Imperatoris, solenniter excipienda, juxta *spec. Saxon. præscripta l 2. art. 1. his verbis* Wann Fürsten vnnd Herrn mit Eyden zusammen schworen/ sie scheiden dann den Käyser vnd das Reich darauß/ so haben sie wider das Reich gehandelt. Id quoque in recessu imperii de Anno 1495 discrete cautum est, ne scil. status, sine consensu annuæ congregationis, cujus Cæsar caput est, fœdera pangant, *vid. Cassan. Hist. obst. l. 3. c. 14.* Imperator etiam Carolus, in A. B. examinationem ejusmodi fœderum, sibi expresse reservat, unde satis liquet talia, absque scitu & authoritate Imperatoris contrahi haud posse.

3. Sicuti Imperii status mutuo se se fœdere conjungere, ita quoque se alterius Principis etiam externi clientelæ, & protectioni, Imperatoris consensu accedente committere queunt. *Zach. Vekl. de caus. exempt. conclus 20.* Reink.

Reink. de reg. sac. & Eccles. lib. 1 class 5. cap. 4. num. 44 & seq. Lymnæ de Iur. publ. lib. 4. cap. 8. num 50. & mult. seq. vid. omnino Mager. de advoc. arm. c. 6. num. 66. & seq. multis Protectio alias regulariter, in eo, cui ea ratione superioritatis & jurisdictionis competit, de potioribus superioritatis Iuribus dicitur. *Chass. in Catal. glor. mund. p. 5. num. 195. Zach 1. cons 14. num. 8.* Imperatorique tanquam supremo capiti, den Vnterthanen Schütz / Schirm / Hülff / vnd verthädigung zu leisten, competit. *Maul. de hom. tit. 11. num 1. & ibidem citati* Hanc advocatiam Princeps, cum autoritatis suæ diminutione, non facile vicino suo concessurus est: quod protectorum potentiâ, subditi insolentiores erga Dominos suos evadere soleant. Exteri quoque hac in clientela sæpe pernitiose errare soleant, jus advocatiæ, plus æquo ad quæstum extendentes, clientelaque dicatur, & sæpius eversio sit: dum clientes subditorum jure censeri

volunt;

volunt; eosque bonis clientelæ subjectis, infidelitate commissa, privari posse.

4. Ratione Iudicis & judicii, multa Status habent notatu dignissima; ratione judicii: non tenentur extra imperii limites comparere. *Ord. Cam. part. 2. tit. 7.* Cui privilegio, ne aliquod deliquium pateretur, Conservator datus est Comes de Schwartzburg/ uti Consiliarius quidam Ducum Holsatiæ apud Krantz in Saxon. *lib. 10. cap. 38.* respondit, cum finiendæ controversiæ inter Duces Holsatiæ & Regem Daniæ causa, à Sigismundo Rom. Rege Budam evocarentur *vid. Mager de adv. arm. c. 15. n 186. Lymnæ de iur. publ. l. 4 c. 7 n 87. & seq.*

5. II. Ratione Iudicis in causis feudalibus, id est, Ducatibus ac Comitatibus, Regalem dignitatem annexam habentibus, ac ab Imperio immediate descendentibus, So vom Reich zu lehen ruhren/ Imperatorem solum habent judicem supra *lib. 2. cap. 4.*

6. In

6. In cæteris causis, privilegiata gaudent instantiâ Austregarum, quod verbum est Germanicum. Vom außtragen das alda dero Heilige Reichsstände/ enstehende zweyung vnnd irrungen beygelegt vnnd außgetragen werden. *Frider. de proceſſ. lib. 1. c. 16. num. 1.* Harum originem ad Maximilianum I. Imp. referunt: qui in Comitiis VVormat. An. 1495. Eas statibus ac immediatis concessit. *Matth. Steph. de iurisd. li. p. 1. c. 3. memb 3. Reink. de reg. ſac. & Eccleſiaſt. l. 2. claſſ 2 c. 16. Lymn. l. 9. de Iur. publ. c. 5.* Absurdum videbatur Mediatos pluribus gaudere instantiis, immediatos vero Imperii Principes ac status, unam se. Aulam Cæsar vel Cameram haberet; ne itaque deterioris essent conditionis Immediati, privilegium Austregarum, coram quibus lites eorum in prima instantia, antequam ad Cæsarem vel Cameram devolverentur, deciderentur, iis indultum est, *Ord. Cam. part 2. t. 34.*

Sunt

Sunt autem hi Iudices Auſtregarum in duplici differentia: vel enim ſunt ſpeciales, vel communes. Speciales ſeu conventionales ſunt, quorundam Immediatorum aut familiarium Illuſtrium judicia conventionalia, quas Stamaußtrage vocant, vel ſonderliche geleubkurte rechtliche außträge *part. 2. Ord. Cam. tit. 2. in princ.* Eſt autem differentia in hoc privilegio primæ inſtantiæ, inter Comites, Barones, Nobiles Immediatos, & Principes, ita proprio dictos: illi quippe inter ſe gaudent privilegio hoc, ſed ſi ab aliis mediatis vel propriis ſubditis conveniantur, id immediatè in Camerâ fieri poteſt: Principes vero contra quoſcunque etiam ſubditos, ac civitates municipales, ſe hoc Auſtregarium privilegio tueri poſſunt. *Gail. 1. obſ. 1. num 18. & 46.* idemque de prælatis & collegiis capituliſque, immediate ſub Imperio exiſtentibus, dicendum eſt. *Frid. de proceſſ. lib. 1. c. 18. num. 2. 3.* Civitates Imperiales, etſi

ſtatus

ſtatus ſint Imperii, regulariter tamen, hac privilegiatâ inſtantiâ non gaudent; niſi ex ſingulari conceſſione, aut preſcriptione illud acquiſiverint. *Gail. d. l. num. 20. Sixt de regal lib. 1. cap. 8. num. 68. Matth. Steph. de iuriſd. lib. 2. p. 1. c. 3. memb. 3.* Qua tamen adverſus imperii Principes, non utuntur, *Lymnæde iur. publ. d. l. nu. 17.* Ordinatio Cameræ *part 2. tit. 4.* Octo modos, præſcribit, quibus Principes inter ſe, vel ſubditi ſuos Principes, coram Auſtregis convenire poſſunt: inter quos duos potiſſimum in praxi obſervari notat *Matth. Steph d. l* primus eſt ut à reo ſuper hoc requiſito, tres Principes nominentur: ſecundus eſt, ut ab Actore à Cæſare Commiſſarii petantur, ubi Schvvanman *lib 1. proceſſ. Cam. cap. 3. num 8* cautelam dat, plures una Commiſſarios peti debere, quibus conjunctim ac ſeparatim poteſtas cognoſcendi & dijudicandi detur, quo impetrato, ſi unum mori contingat, lite nondum ſopitâ, alios procedere

dere nihilominus posse; alias magnis cum impensis, novum Commissarium petere teneretur. Verum, an Austregæ, Aulici judicii æque ac Cameræ Imperialis constringant jurisdictionem? dubio non caret, id affirmat. *Lymnæ. d. lib. num. 13. Reinck 2. class. 2. cap. 16. num. 10.* quod ratio, quæ imperatorem movit, ut immediatis hoc tribueret privilegium, tam quoad Aulicum, quam, Camerale limiter judicium. Negat, Paurmeist. *de iurisd. lib. 2. cap. 4. num. 130.* quod jurisdictio non privative, sed commulative concessa censeatur: cujus opinio politicis rationibus, magis convenit. Non minus ambigua videtur & illa quæstio: an subditus extra judicialiter à Principe gravatus. immediate ad Cameram appellare: an vero ad Austregas provocare debeat? Ego hanc quæstionem, distinctione enodari posse, censeo; vel enim Princeps gravavit appellantem, tanquam judex Ordinarius ejus loci, extra judicialiter, ad alterius partis instan-

instantiam : & tunc immediate ad Cameram appellari posse puto, *Gail. 1. obs. 120. num. 2. Mynsi. Cent. 4. obs. 43. num. 3.* cum licitum sit de jure Canonico, à gravamine extra judiciali ad superiorem appellare, *C. concertationi in 6. de appellat. c. bonæ memoriæ extr. de appellat.* vel gravavit eum Princeps, tanquam pars, ut puta : si cum Principe aliquid negotii habet; & is gravamen ei inferat; quo casu appellatio non immediate pertinet ad Cameram; sed gravatus, Principem coram Austregis in prima instantia convenire debet; ne per hujusmodi extrajudicialem appellationem fraus fiat privilegio primæ instantiæ. *Gail. d. l. nu. 3. & de pignor. obs. 3. num. 11. vers. proinde.* illud hic aptè quæritur; si extraneus Princeps, vel ejus subditus, Principem imperii conveniri velit, an id coram Austregis facere teneatur? verius est ut dicamus eum teneri; cum actor teneatur sequi forum rei, *lib. 2. l. 5. C. de ind. c. cum sit generale, 8. ext. de foro compe-*

competent. Rumelin ad A. B dissent. 1. part. 2. Coroll. 4.

7. Circa successionem in suis territoriis, Status imperii quædam habent singularia. Est autem illa non uniusmodi; sed singuli fere certis pactis, juribus ac legibus successiones suas circumscripserunt: alii enim liberos successores habent tantum masculos, alii quoque filias, alii solum primogenitum. Vigent & certa inter aliquot illustres familias pacta successoria, Germanicè Erbuerbrüderung vel ut alii Erbuereinigungen / quorum vigore inter mortuâ unâ stirpe, feuda non ad imperatorem aut imperium; sed ad confratrem devolvuntur, *Reinck. 1. class 4. cap. 18. per tot. Lymnæ de iur. publ. lib. 4. cap. 8. nu. 126. & seq. Ritter. apud Arumæ de Iur. publ. vol. 1. fol. 190.* quamvis hæc pacta regularitèr sint prohibita, ut quæ votum captandæ mortis inducant, liberumque tollant testandi arbitrium, *Gail. 2. obs. 155. n. 1.* tamen dubitandum, non est, talia pacta

cta Imperatoris consensu & consuetudine firmata, valida esse, *Gail d. l. obs. 127. nu. 1. Arumæ ad A. B. disc. 6. thes 6* Tale pactum inierunt Duces Saxoniæ cum Landgraviis Hassiæ: cui ansam præbuit bellum novenne, quod Henricus Illustris dictus, gessit cum Sophia, Ludovvici Landgravii Hassiæ & Elisabethæ filia, desponsata Duci Brabantino Anno 1268. confirmante Rudolpho I. Imp. *Chytræ: in Chron. Saxon. lib. 8. fol. 534.* & Carolo IV. Imp. Anno 1370. deinde Sigismundo Anno 1431. *Choppin de Doman. l. 3. tit. 6. num. 59.* Huic accessit domus Brandeburgica. Renovatum est hoc pactum successorium, inter Augustum Electorem Saxon. Ioachimum Elect. Brandeb. & filios Ioan. Friderici Elect. & Landgravios Hassiæ, Naumburgi ad salam Anno 1555. *Sleidan. lib. 26.* Eodem modo Pactum successorium interces sit inter Duces Saxoniæ Ioan. Fridericum III. & Principes Hennibergicos, An. 1554. Kal. Sept. quod

confirmatum fuit à Carolo V. teste Molinæo *in addit. ad Dec. conf.* 516. cujus effectus subsecutus est An. 1583. ubi familia Hennibergicâ intermortuâ, comitatus Hennebergicus, ad Saxon. Duces pervenit An. 1583. Tale quoque successionis pactum, inter Rudolphum I. Imp. & Reges Bohem. olim celebratum fuisse, testatur Chytreus *in Chron. Saxon. lib.* 13. cujus vigore in Alberto II. Imp. Austriaco, Regnum Bohem. ad Austriæ Archiduces pervenit Würffbain *in relat. Hist. in procem. pag.* 42. In conventu quoque trium Regum Maximiliani Imp. Sigismundi Poloniæ & Vngariæ Regis referente Chitræo in Chron. Saxon l. 12. partita confecta est successio Viennæ, communique Regum & senatorum assensu inita & renovata, ut, si Vladislai deficeret posteritas, Archiduces Austriæ in Bohem. & Vngariæ regna succederent, *vid. Knich. de Iur. Sax. verb. Electorum c.* 7. *n.* 73. *& 76. VVarem. ad Ehrenbergh. tract. de fœder. c.* 2. *n.* 35.

8. Status

8. Status Imperii in territoriis suis superioritate gaudent territoriali: cujus vigore, ipsis ibidem competit jus & exercitium, summi post summum Principem Imperii, in omnes sui territorii districtus, homines, & omnes res sitas, intra limites territorii, omnesque causarum species; civiles & criminales, idque non precario, sed proprio, & ad hæredes transitorio jure Vnde liquet eorum conditionem, longè hodie meliorem esse, quam olim fuerit apud Romanos & Francos; quando ditiones suas, non ut proprias, sed ut regni publicas provincias, administrabant; iurisdictionemq; & Imperium, habebant precarium, nihil suum. *Bod. de republ. l. 3. c. 5* functioque & potestas, motoria ac momentanea erat, ut quæ Regum Imperatorumque stabat arbitrio. *Knich. de iur. territ. c. 1. n. 57.* Ad quod dum veteres & recentiores magni nominis scriptores non satis respexerunt; ac ea quæ in juge nostro scripta sunt, hodierno statui

imo & aliis rebus publicis inconvenienter applicare voluerunt, non immerito omnium fere juris difficultatum apicem, hic constituisse videri possunt; ut, conquerente etiam Ruland. de commiss. *lib 2. de interrogat. cap. 2. à princ.* dolendum sit, tot, tantæque doctrinæ viros, de Iurisdictione, ejusque variis ac multis speciebus, quæ jam in desuetudinem venerunt, scripsisse; & vix unum aut alterum ea attingere, quæ temporibus nostris conveniunt. Incassum itaque adhuc laborant ii, qui speculative jurisprudentiæ dediti, hodiernæ jurisdictionis materiam, ex veteri antiquato jure, *Matth. Steph. de iurisd. territ lib 2. part. 1 cap. 7. membro 2 num 30. & seq. Paurm. de iurisd. lib 2. c. 9. nu. 12. & seq. Thom Michael de iurisd. Thes. 44. Engelb. de iurisd. Thes. 122. Reink de reg. sac. lib 1. class. 5. c. 1. num 1. & seq. Lymnæ de Iur. publ. l. 4. cap. 8 num. 182. & seq. Magnif D. Lyndensp. in doctissimo tract. de imp. & famil. illustr. origin. de iurisd.* Thes.

Thes. 69. & mutat. c. 30. n. 56. & seq. neglecta consuetudine Germaniæ, novique iuris constitutione, explicare, & antiquum statum, ad eum qui nunc est, redigere, eumque ex Bartoli, ejusque sequacium traditionibus, metiri conantur: quod dum Georg. Obrecht (vir alias doctissimus) non satis advertit, & male in materia jurisdictionis, à jure communi recedi affirmaret ab Andr. Knichenio *in Epist. dedicat. tract. de subl. territ. iur.* Non immerito imperitiæ arguitur. Quo itaque sublime jus territorii; quo status in territoriis suis utuntur, Clarius pateſcat, operæ pretium esse duxi, antiquam Reipub. Roman. jurisdictionis formam præmittere, ac quales illa sequentibus temporibus, in hoc usque sæculum perpessa sit mutationes, ostendere.

9. Exactis Româ, Regibus, jurisdictio cum summa potestate ad binos consules devoluta; quæ mox imminui cœpta, & lege lata cautum, in caput

civis Romani injussu populi haud animadvertere tandem præcipuum jus per provocationem ad populum, ademptum. Inde cum consulare imperium vilescceret, rebus turbatis, Dictator, cum regia potestate creatus; ut esset qui plebis aut hostium licentiam rigidâ potestate coerceret. Contra hujus imperium, teste Livio *lib. 6.* plebs ne attollere quidem oculos ausa fuit. Ne vero tanta vis in uno, diuturnitate, in tyrannidem abiret, & spatio & loco circumscripta erat, Constitutumque semestre ut esset imperium; neve cum fascibus & imperio extra Italiam iret. Quin etiam illico positis motibus, ob quos creatus, deponebat imperium. Ita una die Mamercum Æmilium vidit Roma & Dictatorem & privatum Depositio eorum imperio, ad ordinarios Magistratus, consules, potestas redibat. Qui cum, Imperio Romano invalescente, propter bella, sæpissimè ab urbe avocarentur: nec esset qui jus in civitate redderet; exo-

lescente

lescente Præfectura urbana, Prætor urbanus creari cœptus est. Confluente demum in urbem magna peregrinorum multitudine, alter ei adjunctus, qui Peregrinis jus diceret; unde Peregrinus cognominatus: qui ea quæ voluntariæ erant jurisdictionis, mixtique imperii; peræque ac Consules exequebatur. *lib. 1. & 2. ff. de offic. prætor.* Causarum enim multitudine obruti, non nisi ea quæ voluntariæ erant jurisdictionis, & delegata jurisdictione non transibant, exercere tenebantur; in reliquis judices dabant, quos Pedaneos, Datos, Recuperatores, Cognitores, speciales judices in jure passim appellari legimus *lib. 47 ff. de iud. lib. 5. §. dare iudic. lib. 2. c. de pedan. iud.* quorum non juris, sed facti erat cognitio, nec ante dabantur, quam ipse Prætor audita summatim partium intentione, de jure respondisset. Captis deinde provinciis, totidem Prætores, quot provinciæ in ditionem venerant, creati. At cum eorum potestas

in licentiam iret, edictorumque (quæ pro arbitrio suo præponebant) multitudo pœne in infinitum creſceret, à Tito Cornelio Tribuno, lege latâ, eorum poteſtas correcta, ac ſancitum, ut Prætores ſecundum edicta initio Magiſtratus propoſita, durante Magiſtratu judicarent; poteſtate novandi, corrigendique ſublatâ. Tandem ſalu: Iulianus edictum perpetuum ordine concinno compoſuit: ex quo Divus Adrianus jus dici voluit, interdicta edictorum novorum promulgatione, &c.

Hæc juriſdictionis forma in populari & Ariſtocratico Imperii Roman. Statu. Translato vero ad Principes imperio, mutatâ Republicâ ejuſdem & adminiſtrandi ratio variata eſt: & Vibis Præfectis (quorum poteſtas, redeuntibus ex bello Conſulibus, exſpirabat Imperium perpetuo tunc datum: quod niſi offenſo Principe deponebant *Tac. Ann. lib. 5* Horum poteſtas, primo ad coercenda crimina in urbe

urbe adstricta; mox ad ea, quæ ad centesimum lapidem extra urbem admissa, extensa fuit. Officium horum erat, sævitiam dominorum in servos coercere, Patronorum querelas de libertis suis audire, Tutorum & Curatorum iniquitatem plectere, numulariorum & argentariorum cavere dolos, annonæ curam habere, in civilibus & pecuniariis causis, eorum etiam potuit implorari auxilium, *l. ff. de offic. præf. urb.* ad eosque omnium Magistratuum appellationes rediisse ait Vopisc. in Florian. uno verbo, eorum fidei urbs erat commissa, teste D. Severo in Epist. ad Fab. Cilonem Præfectum urbis.

Longe autem major Præfectorum Prætorio apud Cæsares potestas erat, summam omnium judiciorum habente potestatem; in ipsos etiam senatores, semota omni appellatione & restitutione in integrum, etiam minorum, *And. Dom. Floce. de potest. Rom. c. 23.* Quorum autoritas in tantum creverat; ut Trajanus dicere non sit veritus

veritus (cum Præfecto Prætorio potestatem hanc committeret, accipe gladium, quo si recte fecero, pro me; si secus; contra me utaris. Et commodus Imperator teste Orosio *lib. de flagit. & malis Commodi*, Perennio Præfecto omnes Imperii curas commisit, &c. Diviso à Constantino M. Imperio, in Orientale & Occidentale Imperiique sede Byzantium translata Præfectorum prætorio potestas primo ad judicia tantum adstricta mox totam Iudiciorum summam ad consistorium Principes traxerunt. Ex quo omnis juris & fori antiquitas cum ipsa Roma eversa. *Sibrand. siccan. de centumvirat. Iud. l. 2. c. 8. in fin. vid. notit. Imp. utriusque Guid. Pancirol. Lazius Com. Reip. Rom. l. 2. c. 1. cum seq.*

10. Hæc jurisdictionis administrandæ ratio in Vrbe suis quæ diversa ab ea quæ extra eam. Provinciis, enim singulis, singuli dabant Rectores, qui Proconsules appellati, exinde, quod Consulari potestate iis præessent, in

cujus

cujus signum omnibus consularibus insigniis utebantur: nisi quod sex tantum Lictoribus essent Stipati. *l. penult. ff. de offic. proconf.* nihilque fere in provincia erat, quod ab hujus arbitrio esset exceptum; & omnium fere magistratuum partes qui Romæ, in hoc uno, *lib. 7. in fin. l. 8 ff. de offic. proconf.* Excepta causa fiscali, quæ Principis procuratorem respiciebat, *l. 9 in princ. ff. de offic proconf.* multitudine causarum obrutus, eas legato demandabat, *lib. 4. §. 6. lib. 6. §. 1. ff de offic. proconf.* Mandatam autem adimere, in consulto Principe, haud licuit, *l. 6. §. 1. eod.* Hæc in provincia; extra eam proconsularia quidem gerebat insignia, & ea quæ voluntariæ sunt jurisdictionis, at contentiosam non item *lib. 1. 2. ff de offic. proconf.* In urbe quasi ad lumen majus ejus conspirabat Majestas, fasceſque deponebat.

11. Apud Augustos, qui antea Proconsules, tum Præsides appellari cœperunt; quorum potestas in hoc fuit restri-

restrictior, quod legato cognitionem suspecti tutoris mandare haud potuerunt: etiam angusta magis, quod novis divisionibus provinciæ angustiores reddebantur, Appellationesque ab iis, non ab Imperatorem, sed Præfectos dirigerentur. *tot. tit. Cod. de offic. præsid.*

12. Vbi Franci Imperio Romano potiti sunt devictis provinciis primo Duces, dein Comites proconsulari potestate præpositi sunt de quibus ita scribit Beat. Rhenan. *lib.* 2. Romanos imitati sunt Franci, nam illi provinciarum Rectores Duces appellabant, idque confirmat Vadian. eorumque nomina non hæreditaria, sed officii, & muneris inditamenta, & ad nutum Imperatorum pendebat teste Paul. Æmilio *lib.* 1. *sub Rege* 9. ubi inquit Duces initio Comitesque à Regibus præficiebantur gentibus, civitatibusque, ac cum videretur dimittebantur. *vid. Lazium in Comment. de republ. Roman. lib.* 2. *cap* 9. *Munster sub Ludoico III. Lehem.*

Lehem. Chron. Spirenſ lib. 2. cap. 16. l. 4. cap. 1. Nec provinciæ, quæ Ducibus commiſſæ, Ducatus, ſed Epiſcopatus indigitabantur. Carolus enim Magnus in imperii diſtributione, non profanam, ſed fidei propagationem aſpexit. Ratus Saxones, rebellione feroces, Antiſtitum ſacrorum mandata facilius accepturos potiuſque Eccleſiaſticos (in quibus perfidiam timere non poſſet) quam ſæculares, in partem ſollicitudinis, ſibi aſſumere voluit. *Lehem. Chron. Spirenſ lib. 2. c. 44.* Ducibus duodecim comites adjuncti: qui illis præſto eſſe perque invia & aſpera propere ſequi cogebantur. *An. Hollan. lib 5. fol. 128.* Sic Brunonem Ducem Saxoniæ, cum 12. Comitibus cecidiſſe, refert Helmold. *lib. 1. cap. 7.* Pipinum vero, fratri ſuo Gryphoni Ducum more, duodecim Comitatus donaſſe teſtantur, *Annal. Franc. ad An. 750. Abb. Stadenſ. ad An. 749.*

13. At cum Ducum quorundam potentia adeo creſceret, ut & Regibus

formidabilis esset, errore comperto Ducibus aliquot ejectis quorundam inter Comites imperium divisum ut scilicet inter plures divisa potestate, imbecilliores redderentur, & se invicem custodirent. *Eginh. in vit. Carl. Emerich. Elvvangensis Monachus c.14. Goldast. tom.1. Alemann. rer. part 2. fol.314.* Inter quos & Duces vix aliud fuit discrimen, quam quod hi, illos dignitate & territorii amplitudine superarent; jurisdictionis vero potestate inter se æquales: idque fere omnium illorum testimonio, qui res Francorũ scripserunt. *Anges. leg. Francic. lib. 2. c 6.* Vnde Ducum Comitumque nomina ab Historicis sæpius miscentur. *Lehem. Chron. Spir. l 2. c.42.*

Horum autem Imperium cum proconsulibus æquale haud fuit: juris quippe formulas non ipsi dabant, sed ex imperii constitutionibus sumere cogebantur. *Pith Ann. in vit. Ludov. Pii. Bod. de republ l.3 c.5. Vad.d.l.p.83.* Comitatus quoque divisi in centenas

Centen

Centen & qui his præsidebant Centenarii sive Landtgrauen dicti. *Beat. Rhen. lib. 2. rerum Germ. sub Stat. Aleman.* quorum jurisdictio, levioribus criminibus causisque civilibus, Frewel/ Schuldt vnd andern geringen Sachen adstructa; cœtera Comitibus relicta. *Capit. Franc. lib. 3. cap. 69.* Nobiles in Civitatibus & Pagis, non ad Centgravios trahi poterant; nisi vel actores essent, vel à Comitibus ad illos expressè remitterentur. *Lehem. d. l. lib. 2. cap. 23.* in Civilibus, à Ducibus & Comitibus, appellatio ad Imperatorem permissa, in criminibus vero interdicta: excepto quod in majoribus criminibus Imperatorum consilium & sententiam exquirerent, *vid. c. Franc. lib. 5. cap. 156. & lib. 4. c. 141. cap. 129. Lehem. d. l.*

14. Cum demum Francones ac Saxones Imperii axioma adepti sunt; tunc primum Duces, Comites, Marchiones, de Provinciis quibus officii titulo & precario, & ad summi Prin-

cipis nutum præerant, hæreditario & patrimonii jure, sub fide tamen clientelari investiri cœperunt: idque à Conrado, Henrico Aucupe, Ottone Magno & III. Impp. factum esse attestantur præcipui Historici & Iurisconsulti *in C. vn. quis dicatur Dux & C. vn. de feud. March. vid. Lehem. cit. loc. lib 4. cap. 1.* Sic dignitas sine territorio olim collata, & personæ solum inhærens & temporalia, in realem, perpetuam, & in hæredes transitoriam conversa est. Et ut nomen rei conveniens esset, à realitate hâc Ducatus, Principatus, Comitatus & quod ejusmodi superioritas, & jurisdictio, radicetur in territorio, dicta fuit die Landes vnnd hohe Obrigkeit Ziegl. §. Landsassii num. 3. discrimen hic notandum inter Landts-Fürstliche Hochheit / & Landts Obrigkeit / illa siquidem personis cohæret, hæc vero una cum territorio, etiam absque speciali titulo, conceditur. *Clut. Syll. rerum quotid. conclus. 27. Bertram. de Comit.*

mit. num. 48. Et licet civitates imperiales, jura hæc personalia non habeant, cum inibi nullus sit Princeps, aut Dux jura tamen realia habent die Landts hohe Oberkeit / oder die Landts Ober vnd Herligkeit / sive territorialia, ratione territoriorum quæ immediate ab imperio, tanquam ejus status, possident, *Cluen. d. l. Ant. Coler. de Iur. Imp. Thes.* 41. Iura namque Regalia, etiam sine titulo, subsistere possunt. *Brunning. d. var. univers. Thes.* 19. *post Barbat. cons.* 71. Regalis itaque Procerum Imperii potestas ab Imperatorum munificentia profecta, est; pœnes quos stetit, terram cum Regali territorii jure, vel sub fide clientelari, vel in patrimonium concedere. *Paurm. de iurisd. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 31. *& seq. Reink. de regim. sac. & Eccles l.* 1 *class.* 4 *cap.* 16 *num.* 5. Nec cuiquam inferiori Principi, citra crimen læsæ Majestatis Cæsareæ, hoc jure uti licet; cum nemini nisi Imperatori, superioritatem territorialem

dte Landts hohe Obrigkeit / aliis impertiri concessum sit. Et sic licet Princeps Imperatori immediate subjectus, cuidam inferiori, Iurisdictionem omnigenam concedat, Regalia tamen & jura superioritatis (quæ ejus ossibus inhærent, *uti ex surdo Menoch. probat Knich. verb. Duc. Saxon. cap 7. nu. 13. de Saxon. non prov. iur.*) territorio cohærentia, Concedenti illæsa manent. *Knich. de iur territ. cap. 1. n. 343. & seq. D Besold. d. stat. reip. subals. cap. 2. Reink. d. l Class. 5 cap. 3. nu. 2. & seq.*

15. Vt Princeps, territoria, cum jure Regali ab hac possidentes, alteri inferiori concedere nequeunt: ita quoque Imperator subditos, eorumque bona à jurisdictione inferioris Principis subtrahere & eximere nequit. *Paurm. de Iurisl. lib. 2. cap. 8. per tot.* tum, quod Imperator, in Capitulatione jurato promittat, ein jeden Herrn vnd Stand bey jhren hochheiten/ würden/ Rechten / Macht gewalten

walten ꝛc. bleiben zulassen. tum etiam, quod omnia rescripta, & indulta Imperatoria, tacite clausulam hanc annexam habere censeantur: *Salvo iure Imperii, & cuiuscunque Gæd. d l. num. 201. & seq.* Revocatio cum semel concessæ potestatis, ne quidem ex plenitudine potestatis Imperatori concessa. *Cravet. cons. 41. num. 30. & tract. de antiq. temp p. 1. in princ. & num 16. Menoch. 1. arb. quæst. 55. Vult. cons. Marpurg. 35. numer. 205. §. at ius. tom. 3*

16. Ex hac tam munifica Imperatorum in Proceres liberalitate, omnimodæque jurisdictionis indulto, ortum est illud Iurisconsultorum & interpretum commune axioma. *Principes & status Imperii Romani in suis territoriis representare Imperatorem, idemque valere in iis, quod Imperator in universo;* quæ tamen Theorica cum mica salis accipienda, ita scilic. ut quidem vigore jurisdictionis territorialis, quo ad subditos & inferiores, quilibet Princeps id possit in suo territorio

quod Imperator in universo Imperio; non tamen, quod ab Imperatoribus, statibus communicata jura, quæ ii vigore Majestatis exercebant, talia manserint, sed ejusmodi esse desierint, ac inceperint jura territorii esse, salvo scilicet jure superioritatis, quod Imperatores sibi reservarunt, quæ *reservata Cæsarea appellamus*; Et Imperator nec ex certa scientia, aut motu proprio alienare, aut in inferiorem transferre potest. *Menoch. cons. 604. num. 15.* Ne quidem mediante juramento *Rosenth. de feud. cap. 5. conclus. 11.* alias homicida suæ dignitatis diceretur, *vid. latiss. Reink lib. 1. class. 5. cap. 6. per tot. Ampliss. D. Lyndensp. d. l. pag. 127. num. 101. & pag. 115. num. 86.* Imo Imperatorum, in statuum Imperii territoriis, adhuc præeminentem potestatem, satis evincunt appellationes, nullitatis querelæ, quæ à Statuum sententiis, ad Imperatorem deferuntur. Evocationes item illæ subditorum, quæ nomine Imperatoris fiunt, testimonii

nii ſive litis cauſa, abſque omni ſubſidio juris. *Gail. 1. obſ. 95. nu. 16. & obſ. 98. num. 2. Hart. Hartm. 2. t. 1. obſ. 6. num 14.* Monitoria etiam & bannimenta, quæ in territoriis ſtatuum affiguntur & publicantur, citra ullam ſtatuum requiſitionem. *Rutg. Ruland. de commiſſar p. 1. lib. 1. cap. 4 numer. 6. Paurmeiſt. de Iuriſ. 1. cap. 27. numer. 39.* Imo ipſi Principes, ea, quæ ex defectu poteſtatis ſibi non competunt, quotidie ab Imperatore impetrant: quorum poſtulatio plane ſupervacua foret, ſi ea vi propriæ juriſdictionis exercere poſſent. *adde Bocer. tract. de iure cudendi monet. cap. 3. num. 23. Roſenth de feud. c. 5. Concl 19. numer. 12.* Licet ii qui jure territorii gaudent plerumque Regalia habeant, eaque fere permiſceri, ex uſu Germaniæ videamus: proprie tamen loquendo, jura territorialia, à Regalibus ſecernuntur; quod vel ex eo apparet, quod creatio Tabellionum in loco aliquo juriſdictionem non probet, cum ſe-

paratum quod sit à causa territorii, *Knichen. de iur. territ cap.1 numer. 61. & seq.* Regaliaque ex præscriptione & consuetudine quis habere possit, licet jure superioritatis careat, *Thom. Michael. de iurisc. concluſ. 46. Matth. Steph de iurisc. lib.2. p.1. cap 7. nu.* 201. *& seq.* Multique hodie sint, qui Regalia quidem habeant, superioritate vero & universali iurisdictione, quam ibi alius Princeps exercet, destituantur, testante Sixtino *de Regal lib.* 1. *c* 1. *num.* 19. *vid. Pet. Mindan. lib* 2. *de mandat cameral. cap.* 36. *numero* 6. *Gail.* 1. *obs* 54.

17. Differunt etiam Regalia à mixto & mero Imperio seu ab alta & Bassa, sive omnimoda jurisdictione, tanquam genus à specie. *Thom. Michael. d. iurisc. concluſ.* 44. *Knich de iur. territ. cap.* 1. *num.* 231. Licet in Camera Imperiali; omnimodam jurisdictionem, sive merum imperium cum jure territoriali apud immediatos nobiles, pro uno eodemque haberi ex Meichsnero

Gyl-

Gylmanno aliisq; probet Bidenbach. *quæst. nob. 1. num. 9. & seq.* Quæ tamen comparatio ita intelligenda, ut omnimodam jurisdictionē non semper sequatur jus territoriale, nisi apud immediatos; alias si indifferenter ita loqueremur, inde absurdum sequeretur, Principum Nobiles Landsassios, qui sæpe mero gaudent imperio, etjam territoriale jus habere, magna quippe differentia est inter *Hohe Obrigkeit vnd Landts Obrigkeit / vide VVehner. observ. pract. lit. L. §. verum fol. 461.*

Iure superioritatis qui gaudent in territoriis suis, fundatam habent intentionem, in omnes intra territorii sui fines habitantes homines, omnesque res sitas, & causarum species ibidem exortas, tam civiles, quam criminales, judicii petitorii, & possessorii, adeo ut qui se exemptum ab hujusmodi jurisdictione asserat, exemptionis titulum liquido probare teneatur, dque non solum in petitorio, sed &

(quod hic speciale) possessorio; propter generalem Principis intentionem, ob quam jus commune possessori resistit; quod adeo verum esse dicit Matth. Steph. *d. l. n.* 81. ut etiam spoliatus non restituatur, antequam titulum legitime probaverit. *vid. And. Knich. de iur. territ. cap. 3. numer. 1. & multis seq. D. Besold. de stat. reipub. subalt. cap. 2. num. 3. in cons. feud, Matth. Steph. de iurisd. d. l. c. 7. numer. 74. 53. Thom. Michael de iurisd. conclus. 59. 60. 62. Reink. class. 5. lib. 1. cap. 1. num. 24. & seq. Paurmeist. de iurisd. lib. 2 cap. 9. num. 18. & seq. & passim à quibus dissentit Vietor de caus exemp. conclus 24.* Sed an status Imperii, in alterius territorio delinquens, forum ratione delicti sortiatur, & ibidem puniri possit? magnæ est quæstionis: & licet regulariter par in parem non habeat jurisdictionem, communiter tamen obtinuit, Principem delinquentem in alterius territorio, pro privato haberi, eodemque modo forum sortiri, Sym.

Pistor

Pistor. Cons. 19. num. 29. vol. 1. Idque procedit etiamsi delinquens major sit dignitate, & habens privilegium, ne nisi sub certo. Iudice conveniri debeat, illud delinquendo in alterius territorio perdit, quod eleganter explicat Marq Freher. *in comment test. tutel. Cura. Elect. cap.* 12. Gylman. *lib.* 2. *decis.* 54. *num.* 87. 89. Ita olim Conradinus Dux Sueviæ, Neapoli, & Maria Scotiæ Regina in Anglia hoc prætextu capite plexi sunt. Causa tamen fractæ pacis, non nisi Aulici Iudicii & Cameræ jurisdictionem fundat. *Aruma ad A. B. disc.* 5. *thes.* 12. Potest tamen in ipso territorio Locus esse exemptus. *Vant de nullit sub tit ea defectu iurisd. nu.* 108. *Socin. Iun. cons.* 68. *n* 7. *vol.* 1 & tum pari passu ambulant, esse extra territorium, & esse in territorio, sed exemptum, *C. cum Episcopus de offic. ordin. in* 6. potest enim castrum, cum territorio suo, in alterius provincia situm, ad alium dominum pertinere, & per se territorium facere, à provincia

vincia separatum. *Meichsner. tom. 2. lib. 1. decis. 8. in causa* Hirnheim *cont.* Pfaltz *num. 43.* Quo modo multos in Imperio Barones & Comites esse qui in alicujus Principis territorio castra, villas habeant, quæ tamen quoad jurisdictionem territorialem, illi subjecta non sint, affirmat. *Reink. class. 5. lib 1. cap. 1. num. 77. ex Mynsing. respons. 16 nu. 45. Thom. Michael. de iurisd. conclus. 60.* & hoc respectu locus quidem ille est in territorio, non tamen de territorio Principis. *Zach. Vietor. de exempt. conclus. 17.* Sicuti in Germanico idiomate distincta hæc valde sunt, ein eines Fürsten Landt vnd Obrigkeit/ vnd vnder eines Fürsten Obrigkeit seyn. *Bidenbach. in quæst. nobilit. 1. nu. 16. Vietor. d. l.* Itaq; qui in, non tamen de territorio alicujus Principis sunt, quoad superioritatem, jurisdictionem & protectionem, recte dicuntur extra districtum esse *Mager. de adv. arm. cap. 6. num. 685. Roland. cons 33 num. 23. & seq. V Vesenbec. cons 37. n. 10.*

Idque

Idque in Camera præjud. confirmatum est à Meichsnero *tom. 2. lib 1. decis. 6. in causa* Teutschen Meisters *contra* die Graven von Oettingen *nu. 9. 10.* Vbi quoque illud notabile discrimen territoriorum Imperio nostro notandum, quod Magerus adfert de Advoc arm. *cap. 9. num. 671. & seq. 676.* Quod quædam sunt territoria ubi viget die Landtsässerey ut in Bavaria, Hassia, Saxonia & Palatinatu Rheni: ubi larem fovent̃es, & bona possidentes, licet liberi & immediati sint, bonaque ea in feudum ab imperio & Imperatore recognoscant, subjectionis tamen onere gravantur & tanquam hinder vnnd Landtsassen Principi per omnia subditi sunt, & habentur, uti nominatim Meichsnerus testatur cit. loc. graviterque disputatum & obtentum fuit in causa Bayern contra Ortenburg. vid. Mager *de advoc. armat. cit. loc. Acta Ortenburg contra Beyern fol. 473. & 477. Knich. de iur. territ. c. 3. n. 355. de pact. vestitur. part. 2.*

part. 2. cap. 5. n. 146. D. Besold. de Iurisd. Imp. Rom. posit. 18. Zachar. Vietor. de exempt. conclus. 29. 30. Gail de Arrest. cap. 7. num. 8. Vbi ait talia Statuta in Germania multa esse, quibus standum sit. Et tales si immediati vel status imperii sunt, duplicem dicuntur repræsentare personam, unam imperialem, alteram Municipalem, ac id utrobique æque principaliter *Gail. de arrest. cap. 6. num 14.* quod absurdum videri non debet, cum separatorum separata sit ratio *l. duorum ff de oper. libert.* idque multis illustribus comprobatum est exemplis, legimus enim Carolum V. Imperatorem sibi ipsi, ut Archiduci Austriæ, mandata dedisse, wir Carl. ꝛc. Römischer Käyser/ entbieten dir Carl/ Ertzhertzogen zu Oesterrich ꝛ Regem item Hispaniæ ratione Ducatus Burgundiæ Statum Imperii esse, ratione vero Regni Hispaniæ, neminem nisi Deum & gladium agnoscere superiorem: ideoque quoad Ducatum Burgundiæ in Comitiis

Comitiis Imperii, non ut Regem, primum post Imperatorem occupare locum; sed ut Ducem Burgundiæ inter Principes Imperii juxta receptam antiquitus possessionis consuetudinem, suo ordine sedere. *Gail. d. l. num.* 15.

Quædam veto sunt territoria ubi Landsassiatus non viget, ut in Suevia, Franconia, Rhenana VVederaviaque Provinciis, ubi immediatus larem fovens, vel bona possidens, non statim fit subditus; sed in libertate sua manet, Cæsaremque vel Cameram pro Iudice habet. *Ord. Cam. p. 2. tit. 5. Mager. d. l. num.* 681. cum residere in alterius Principis territorio, da die Landtsasserey nicht Pflig/ non statim subjectionem importet. *D. Besold. consil* 299. *part.* 6. idque præjudiciis cameralibus confirmat. Magerus *d. l. num* 685. Et hic locum sibi vendicat id quod supra dictum, paria esse, esse in territorio, vel esse quidem, sed inde esse exemptum, *Ioan. Bidenbach. d. quæst* 1. *num.* 17. multo vero minus bona,

bona, in his locis, personas subjectione hac reali afficient; cum eorum possessio regulariter non faciat subditum. *Gail. de pignor. cap. 15. num. 4. ex Iacob Ioh. And. Innoc. & Panorm. Vult. de feud. cap. 6. num 5. l. 1.* Et licet immediati hi, à Principibus in quorum territoriis habitant, feuda recognoscant, coram iis tamen non, nisi ratione causarum feudalium, comparere tenentur. *D. Besold. de statu Reipubl. subaltern. cap. 2.* in cæteris singulares habent judices *D. Besold. de ord. Equest. cap 6 num. 6.* ubi inquirit, unde Nobiles in Suevia, Franconia, Rhenana, VVideraniaque, Provinciis hanc præ cæteris in Bavaria, Saxonia, Hassia, &c. libertatem habeant; dicitque Nobiles olim suis Ducibus parvisse, & quidem Sueviæ Ducatum ad Imperium devolutum, nulli post ex integro datum: quamvis Rodolphus I. Imp. ejus titulum, ad filium suum transtulerit, indeque libertatem nobiles acquisiviisse. Franconiæ nobilitatis

tatis libertatem plane parili juri adscribit; quod sc. ii qui post Carolum Magnum ibi Duces nominati sunt, nunquam jus Ducatus Franconici habuerint, quod tamen negat Auctor deductionis juris territorialis, quod Episcopo Herbipolēsi in Franconia competit, extatq; tom. 4. Act publ. tract. 2. Rhenanos quod attinet; neminem ibi concluſum habuiſſe unquam territorium conjecturatur Palatinorum dominatum ex variis contractibus ibidem ſuccreviſſe: Haſſiæque vero Ducatum ex variis Comitatibus, qui hoc jure gaudebant concretum. Quod autem ſuperius de fundata, quoad jurisdictionem Principum Imperii in ſuis territoriis intentione dictum, minime ad proprietatem locorum, & terrarum, alicujus civitatis municipalis, trahi debet, cum illam ſibi Princeps arrogare de jure haud poſſit. *Valaſc. de Iur Emphyt. quaſt. 8. num 38. ſeq. Chaſſan. conſuet. Burg. rub. 3. §. 4.*

18. Actus vero territorialis ſuperioritatis, è quibus tam ſuperioritas,

quam subjectio arguitur, varii sunt: plurimosque adulatio adinvenit; adeo ut omnia jura quæ Principes præscriptione aut longævo usu acquisiverunt, juri territoriali vulgo adscribantur, eaque enumerare & summæ difficultatis & inconcinnum sit, ridicule quidem ille, sed hoc nostro tamen ævo haud inepte quidam protestando exclamavit. Das er seinem Gnädigen Herrn/ alle Obrigkeit auff vnd vnter der Erden/ auch so viel nach künfftig erdacht werden möchten/ jetz als dann/ vnd dann als jetz/ per expressum vorbehalten haben wolle. *Adam Keller* 2. *de offic. iurisd. polit. cap.* 12. inter hosce vero actus potissimum sibi locum vendicat juramentum subjectionis, Erb vnd Landtshuldigungs pflicht/ quod in ingressu regiminis, ad majorem securitatem, à subditis & loci incolis, subjectionis nomine Principes pro se eorumque hæredibus, als rechten Landtsfürsten vnd Erb-Herren vnd dero nachkommen exigunt.

gunt. *And Knich. de iur. territ. cap. 3. num. 155. 244.* & qui hoc præstat, subditum ei se facit, cui id præstat. *Gail. de arrest. cap. 6. num. 10. Meischn to. 2. lib 2 decis ult. n. 122 Ritter. de homag. cap. 1. num 27. Act. in caus. Ortenburg. contra* Bayern *fol 463.* ubi subjectionem probari ex Landtschafftsbüchern *fol. 467.* evincitur. Et est prima agnitio & confessio subjectionis *Gail. arrest. c. 6. num. 10. Meichsn. tom 2. l. 2. decis ult. nu. 122.* ad quod subditus de jure communi tenetur. *Cravett. cons. 27. num. 1 & num 5 v 6* nisi tamen id jus, longissimo tempore, præscripserit: cujus notabile exemplum de civitate Argentinensi adfert Reinck. *de reg. sac. lib. 1. class 5. cap. 4. num 10. & seq* in hoc tamen homagio illud spectari debet, quâ intentione id exigatur: quippe si exactum fuerit à domino territorii, als Landtsfürsten/ eique ut tali præstetur, subjectionem evincet; si vero id alio fine fuerit receptum, alium habebit effectum. *Reink.*

de

de reg. fac. lib 1. *class.* 5. *cap.* 4. *num.* 40, est enim illa dictio Huldigung æquivoca quæ non aliter secum subjectionem trahit, nisi eo nomine diserte præstetur. *VVehner. obs. pract. verb.* Landeshuldigung & ideo hoc juramentum à priori, non vero posteriori subjectionem arguit; nec enim ideo statim quis subditus est quod juret, sed quia subditus, jurat. *Reink. cit. loc. n* 6. *& seq.* unde patet, multum ab hoc juramento subditicio differre, imo juramentum clientelare Lehenspflicht/ quod feudi domino præstatur, nec, ex non subdito, subditum facit, *Gail. de pign. cap.* 15 *nu.* 3. *Bidenb. quæst. nob.* 2. *num.* 15. *Rosenth. cap.* 11. *conclus.* 14. Cum tantū ratione bonorum feudalium præstetur, & ob id reale dicatur. *Molina, in consuet. Parisiens. tit.* 1. §. 1. *gloss.* 5. *in verb.* le Fief. *num.* 4. *Zas. feud. conclus* 5. Secundo juramentum, quod præstatur ratione familiaritatis vel domesticitatis, officii vel conditionis, Rahts oder Dienstpflicht / quo tenentur

nentur omnes Officiales alicujus Principis. *Matth Steph. de iurisd. lib. 2. p. 2. cap 7. num. 240 & seq. Magnif. D. Lyndenſp. in doctiſſ tract de fam. orig. & mutat. pag. 121. nu. 127.* Tertio à juramento illo differt civium Burger-Eyd, quod ſenatui ac civitati à cive nuper in civium numerum aſcito, præſtatur, pro conſequendis immunitatibus & privilegiis civitatis *Gylm. Symphor. tom. 5. relat. 10. fol. 74. nu. 1. & ſeq.* Intricata de hoc juramento quondam mota quæſtio; an ſcilicet pendente controverſia inter dominum & ſubditos de ſuperioritatis jure, interea ſubditi juramentum ſubjectionis præſtare teneantur? id graviter diſputatum fuit in cauſa Braunſvic. contra Braunſvv. & Ortenb. contra Bayeren affirmat. *Knich. in Encyclopæd. Iuris cap. 1. num. 61. Maul de homag. c. 1. num. 15. Meichſn. dec. 9. nu. 6. tom. 2. fol 832. Rittr. de homag. concluſ. 111.* De homagio vide ſingularem & inſignem tractat. *Thomæ Maulii* &

D. Beſol-

D. Besoldum *polit. tom. 1. de iur. ordin. civ. disc. 2. cap. 2.*

19. Iustitiæ quoque administratio superioritatis territorialis symbolum est. *Meichsn. tom. 2. lib. 2 decis. 4. n. 127. fol. 252. Thom. Michael d. iuris thes. 57.* Recht geben vnd nehmen/ eaque regulariter territorii domino competit, & superioritatis territorialis quasi possessionem arguit, *Decian. cons. 694. num. 12. Rom. cons. 70. num. 13. Knich. d. iur. territ. cap. 3 num. 280. & seqq. Reink. de reg. sac. lib. 1. class 5. cap. 4. num. 98.* Cujus vigore, Imperii status imo in suis territoriis constitutiones provinciales gemeine Landtrecht vnd Ordnungen constituunt, quibus jura communia inconsulto Imperatore tollere novaque in eorum locum subrogare possunt. *Knich. de iur. territ. cap. 1. num. 180. & cap. 3. num. 289.* Eoque jure in Imperio status utuntur, ut superior, ex eorum lege jus reddere teneatur. *Ord. Cam. p. 1. tit. 56 vid. Matth. Steph. de Iurisd. lib. 2. p. 1. cap. 7. num.*

num. 324. Lymnæ lib. 4. cap. 8. num. 253. Reink. de tract. lib. 1. claſſ. 5. c. 4. n. 113.

Secundo edicta & mandata affigunt quibus ſubditi parere tenentur. *Natta Conſ. 636. num. 77. Barthol. & DD. in l. Imperium de iuriſ.* & qui his parent, ſubditi eſſe cenſentur *Maſcard. concluſ. 546. num. 4. & concluſ 1117. n. 1. lib. 3.* dummodo non incidenter, vel alia intentione, quam ſe ſubjiciendi edictis, paritum ſit. *Maſcard. concluſ. 1. 397. num. 8. & 9. & concluſ. 1117. n. 13. Vid. Matth. Steph d l n. 350. & ſeq. Thom. Michael. d. Iuriſ. theſ. 52. Lymnæ d. l. num. 256. Reink. d. tract. lib. 1. claſſ. 5. cap 4. num. 115.*

Tertio vigore adminiſtrationis juſtitiæ (cum ipſe Princeps unicuique jus dictare nequeat) Magiſtratus ad id conſtituit, ſic Iudices, Scabinos, Prætores con & deſtituendi jus ad ſuperioritatem territorialem ſpectat. *Meichſn. tom. 2. lib. 2, deciſ. ult. n. 120. & ſeq. Lymnæ lib. 4. de Iur. publ. Imp. Rom. cap. 8, num. 26. & ſeq. Reinh. d.*

loc num. 104 Myller de Stat. Imperii part 2 c. 6. & 7.

Hoc jure, omnium causarum appellationes, ab inferioribus judicibus, ad Principem refluunt, superioritatemque in eos habet, quorum appellationes recipit *Gail. de arrest. c. 7. n. 14 Thom. Michael de iurisd. concluſ. 54 Matth Steph. de iurisd. lib 2. part. 1. cap. 7 num. 356 Knich de iur. territ c. 3. num. 292. Reink d l. num. 121* fiunt tamen quandoque appellationes ad ludicem peregrinum, à quo non dependet jurisdictio judicis à quo appellatur: *Coler. conſ. 1. nu. 283.* Si v. g. una Civitas de consuetudine aliam consultet; quæ potius prorogatio, quam appellatio dicenda. & consequenter voluntatis, non neceſſitatis erit. *Matth. Steph. de iurisd. lib 2. part 1. cap. 7. num. 360* ubi dicit: Roſtochienſes hoc jus, ut prætergreſsâ curiâ Ducali Lubecam appellent, titulo emptionis ſibi acquiſiviſſe ex contractu celebrato, cum Duce quodam Megapolitano, An-

no

no 1358. hunc que contractum confirmatum ab Imperatore Ferdinando I. Competunt item territorii dominis actus jurisdictionales, tam meri quam mixti Imperii, è superioritate territoriali ebullientes eique annexi, tam civiles, quam criminales. *Coth. respons. academ. 1. n. 260. de quibus vid. Knich. d. c. 3. num. 401. & seq.* & quando eorum mandatorum & edictorum ratione, quæ vigore superioritatis territorialis proposita sunt, mulctæ & pœnæ imponuntur, tum ii qui illa exigunt & præcipiunt, superioritatis jus in illos, qui illa solvere tenentur, se habere evincunt. *Reink de reg. sac. lib. 1. class. 5. cap. 4 num. 118.* neque ad Vasallum cum mero mixtoque Imperio investitum, transire putantur. *Bocer. de iurisd. 8. num. 26.* alias mulcta pro diversitate jurium, itemque casuum & causarum, propter quas mulcta imponenda venit, aliquando meri, aliquando mixti aliquando simplicis jurisdictionis, aliquando de regali-

galibus est. *vid Reink. de tract. lib. 2. class. 2. cap. 17. num. 59. & seq.*

Delicta quoque capitalia remittunt: status, qui superioritate territoriali pollent, modo non sint contra legem divinam moralem. R. *A Anno 1526. §. es soll auch & §. und wiewol Matth. Steph. d. tract. de iurisd. lib. 2. part. 1. c 7. num. 383. Thom. Michael de iurisd. thes. 47. Engelb. de iurisd. thes. 129. Lymna de Iur. publ. lib. 4. c 8. num. 277.* Eodem modo causas coram inferiore Iudice pendentes, non tamen absque justa causa, vel proprio motu, vel ad partis instantiam, avocant, & ad Aulam vel provinciæ Dycasterium remittunt. *Aruma ad A.B diss 5 thes. 11 Leopold. de concur. iurisd. concl. 10. Gail. 1. obs. 41. n. 1. Berlich. 1. pract. concl. 16. Myller. de stat. Imperii p. 2. cap 8* Regalia quoque eodem superioritatis jure Principes in suis territoriis sibi vendicant: cum Regalia dignitatibus regalibus uti Ducatibus Marchionatibus de jure & consuetudine Imperii R. G. insint.

Arnold.

Arnold. Engelbert. de Iurisc. concluſ. 125. Thom. Michael de Iurisc. concluſ. 46. Regulariter omnia, niſi tamen alius quiſpiam, quædam ex iis, titulo donationis, vel præſcriptionis, ibidem acquiſiverit, ideo bene notandum, jura hæc regulariter, territorii domini competere, niſi quid juris ibidem alius acquiſiverit; ideo ſtatus præſens, & cujuſvis poſſeſſio diligenter inſpicienda vigore Regalium jura fiſci habent. *Paurm. de iurisc. 1. cap. 4. Engelb. de iurisc. concluſ 128. Roſenth. de feud. cap. 5. concluſ. 52. & ſeq.* Bona vacantia in cauſa non exiſtentis hæredis in infinitum. *Sixtin. de regal. 2. cap. 9. Roſenth. d. l. Bocer. de regal. cap. 3 num. 30.* & bona quæ ut indignis auferuntur. *t. t. C. de his quæ ab indign. Peregr. d. Iur. Fiſc. lib. 2. cap. 2. num. 1. Thom. Mich. de Iurisc. concluſ. 48. Matth. Steph. de iurisc. lib. 2. p. 1. cap. 7. num. 447.*

Bona damnatorum ac proſcriptorum *Fachina. 9. cap 87. Bocer. de regal. cap. 3. nu. 59. Sixt. 2. cap. 12. Roſenth. 5.*

concluſ. 59. lit. C. Sed anne Status Imperii, bona eorum qui criminis læſæ Majeſtatis rei ſunt Fiſco proprio applicare poterit? Affirmat id Reink. *de regim. ſac. lib. 1 claſſ 5. c. 7. nu. 27.* ubi Electorale collegium ita An. 1630. Ratisbonæ in Duplica cenſuiſſe ait, eumque ſequitur. Myller. *d Stat. Imp. part. 2. p. 2. c. 31.* Bona item eorum qui proprias ſibi manus intulerunt conſcientia criminis commiſſi. *conſtit. crim. art 134. Peregrin. de Iur. Fiſc. lib. 5. tit 1 num. 9* qui inceſtus commiſerunt. *Roſenth cap 5. concluſ. 58* ſpuriorum, aut ex damnato coitu natorum, *Mynſ. 3. obſ. 91.* quæritur quid juris, ſi bona confiſcati in diverſis locis ſita ſint? quidam diſtinguunt, Fiſcum domicilii, mobilia ac nomina ubique exiſtentia vindicare; bona vero immobilia cujuſvis loci fiſcum, ſequi *Alexand. conſ. 31. num. 4. lib. 1. Socin. conſ. 101. num. 5. vol. 1. Chaſſan ad conſuet. Burgund. Rub. de confiſc. §. 1 verb. & appartient. num. 23. & ſeq. Gratian. diſcept.*

disept. forens 642. n.16. magis tamen praxi conveniens sententia est, ut indistincte bona cujuslibet loci fisco cedant. *D. Besold cons 95. vol. 3. quæst. ult. vid. Farin. quæst. 25 n 94.* non tamen in aliis delictis capitalibus quorum jura mentionem non faciunt, confiscatio licita, *const. crimin Cæs. 5. art. 218. Klock. de contribut. c 18. n. 79.* secus in Gallia, Italia & Anglia: ubi bona damnati Capitali pœna, indistincte fisco cedunt, *qui confisque le corps, confisque les biens. Lebret de la souverain. du Roy liv. 3. chapit. 13 Chassan. ad const. Burgund rub 1. §. 5 text s'il n'a grace, n 135. Papon dans les arrests passim Arniſæ de iur. Maiest. l 3 c 6. n. 16.* Pari jure Novalium decimas, Acatholici Principes sibi vendicant *Th Mich. de iurisd. concl. 49.* Cui jus Canonicum refragatur, easque Ecclesiæ illi assignant, sub cujus parochia ortæ. *C quoniam 13. ubi Panorm. & C. cum contingat. 29. ext. d. decim.* sanæ hæ decimæ, de jure divino & consuetudine primitivæ Ec-

cleſiæ ad Eccleſiaſticos ſpectant. *Baron. A. C. 57. nu. 23.* præſtantur autem ea ex terris, nuper ad culturam redactis, de quarum cultu, non extat memoria (*quid per Novale x. de V. S.*) hodie tamen fere ii qui foreſtalem, ſylveſtrem, aut faunalem habent juriſdictionem da Mann rentet oder ein weiſe vmbricht / non concedunt den Newbruch / niſi cum cauſæ cognitione, & impoſito annuo reditu perpetuo, einem Stechgarb oder Forſtgarb / etenim, qui habet foreſtalem juriſdictionem, ſimul jus habet das außſtacken / außreuten / außmörgelen auſſer oder Holtzer agerten vnnd gebuſch oder geſtreuch zuuerbieten. Et hæc, cum Eccleſiaſticis decimis, nihil commune habent *vid. Zinglian. de orig. bon. Eccleſiaſt. l. 5. c. 3. Baron. d. l. Iohan. VVerndle.* vom Zehentrecht *c. 3. & ſeq. l. 1. VVilhel. Schickard. de Iur. reg. habr. c. 4. theor 15. D. Beſold. de Iur. Maieſt. cap. 7. n. 6. & ſeq.*

Ius item in fluminibus publicis navi-

navigabilibus, aut ex quibus talia fiunt, ad territorii dominium spectat. *Peregrin. de Iur. fisc. l. c 1. n. 19 Rosenth. de feud c. 5. conclus 23. Sixtin. de regal. c. 2. n. 164. & c. 3 nu. 12. Arnisa de iur. Maiest. 3. c. 5. num. 2. Thom. Michael de Iurisc. conclus 126 lit. B.* adeo ut justa de causa (licet usus eorum publicus sit diligenter C. de aquæ duct. lib. 15.) prohibere possit quo minus in iis navigetur, *vid. And. Raucgbar. qu. & st. 23. part. 1. Knich. de Saxon. non provoc. Iur. verb. Ducum. cap 5. num 154. Matth. Steph. de Iurisc. lib 2. p. 1. c. 7. num. 417.* Eorum nomine vectigalia penduntur, quæ hodie uti superius dictum, ne quidem Imperatori absque Electorum consensu, augere licet, *Capitul. modern. Imp. §. 20* jus item alluvionis huc spectat *Harprecht ad instit. §. Praterea 20. instit. de rer. divis.* scilic. quoad jurisdictionem *Inst. de rer. divis. §. Praterea Ripatica* non quoad proprietatem, quæ illis cedit, qui prædia vicina possident. Eodem jure Principes

pes & Imperii ſtatus in ſuis territoriis ſibi canonem argentariarum & metalli fodinarum in Privati fundo attribuunt. *R. Abſ. de Anno 531. §. weiter ſo ſetzen. Mynſ. Reſponſ. 39. num 11. Roſenth. d. feud. c. 5. concluſ 89. Knich. d. l. n. 119. Sixtin. de regal. 2. c. 16. n. 43. & ſeq 59. 74. & 75. Buxtorff. ad A. B. concluſ. 89* qui canon, quandoque, eſt decima quandoque plus aut minus, pro conſuetudine patriæ. *Heig. 1. q. 13. Arniſæ 3. de iur. Maieſt. c. 5. n. 4.* Non vero proprietatem, quæ privato cedit, & inde fructum percipit, *l item ſi feudi §. ſed ſi lapidicinas & l ſi cuniculi ff. de uſufruct. Sixtin. de regal 2. cap. 16. num 34.* Si vero locus eſt publicus, ubi talia inveniuntur, ſimpliciter fodinæ illæ de regalibus erunt. *Sixtin d. l. nu. 32.* reperiuntur tamen loca in Germania in quibus hæc non obſervantur. Et Iacob Schultes *in addit ad deciſ. 9. 8. num. 17.* referente Sixtino. *d. l. num. 79.* dicit, de generali conſuetudine, fodinas omni ex parte regalibus indiſtincte annu-

annumerari. Illud tamen certum est, Electores indultis A. Bullæ C. ii decimam ex fodinis, Imperatorio fisco, non solvere. Quo privilegio & quidam status Imp gaudent. *Sixt. d l. n. 81. Hanfman. de red. & monet. conclus. 15.*

Vocabulo Argentariarum ac metalli moribus nostris comprehendit aurum, argentum, æs, electrum, cuprum, stannum, plumbum, ferrum, argentum vivum, marmor album, sal subterraneum, minium *vid. Knich. d. l. num. 119. & seq Sixtin. d. l num. 28. & seq.* Huc & referunt venas pretiosorum lapidum, marmorum, mineralia pretiosa *Peregrin. de Iur. fisc. l. 4. tit. 2. num 13. Rauchbar. 1. quæst. 22. Sixtin. d. l. nu. 23.* Salinas item *Sixtin. d. l. c. 19. Heig d. l.* vnnd die Steinkolen. *VVehn. conf. Franc. 80.* Habent & status Imperii jus monetandi R. A. 1551. §. vnd solls derowegen & *Anno* 1559. § als dann auch. *Gail. 2. obser. 57. n. 7. Rulandt de commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. num. 4. Sixtin. de regal. 2. cap. 7. Buxtorff.*

torff. ad A B. concluſ. 82. Knich. de Saxon. non prævoc. iur. verb. Ducum. c. 5. nu. 349. & ſeq. Lymna de Iur. pub. c. 2. nu. 61. Hanffman. de re monetar. reſolut. 15. & 21. Aruma de iur. publ. tom. 5. diſc. 1. cap. 8. Vbi differentiam facit inter monetæ, & monetandi jus; illudque latius patere, & non tantum fabricæ, ſed & probationis & reprobationis licentiam, omnemque rei monetariæ providentiam, complecti, ex Carpzovio & Sixtino *de regal.* 2. c. 7. n. 31. aſſerit. Quæ diſtinctio admodum congrua eſt, & ſecundum illam, monetandi quidem jus ſtatibus competere exiſtimo, jure monetæ apud Imperatorem manente: de quo ſcilicet in Comitiis, & circularibus conventibus agatur, uti hactenus factum fuiſſe Receſſus Imperii vom Münzweſen declarant. Vndeq; Imperii Proceres non tam vi juriſdictionis territorialis; quam privilegii aut præſcriptionis & indulti Imperatorii regale hoc exercent. Saltem in moneta pretioſiore,

tioſiore, uti ſunt Ducati, aurei, imperiales, qui ubique valent. R. A. 1551. §. So haben wir & An 570. als dann die Müntz Gerechtigkeit ibid. Clut. Syllog. concluſ. 22. lit. K. vid. Myller de ſtat. Imp pag 122. num. 77. vid. Knich. de Saxon. non provoc. iur verb. Ducum Saxon. cap. 5. num. 349. von Sträfflichen Müntzweſen vid. Theolog. Ienenſ. apud Aruma de iur publ. tom 4. diſc. 38. & de re monetali apud eundem tom. 5. diſcurſ 1.

Vt autem avaritiæ & libidini falſariorum obviaretur quotannis fere conſtitutiones & Edicta cum pœnarum comminationibus prodierunt. Quæ in unum congeſſit Noë Meurer. in compend receſſ. Autor. ibidem deß extracts auß allen Reichs vnnd deputation abſcheiden von Müntzweſen excuſ Moguntiæ. An. 1597. Inſigniores ſunt Ferdinandi Müntz ordnung d. An. 1559. ejuſdem probirordnung zu Augſpurg de An. 559. quam ad litteram integre habet, Ren. Budel. de re

numm. lib. 1 cap 26. Carol. X. Newe Müntzordnung de Anno 1524. Edictum monetale d. Anno 551. zu Augspurg. Aliter autem hoc privilegio ſtatus non utuntur, niſi accurate obſervato pede monetarum, publicis legibus præſcripto R. A. de An. 1551. §. ſo haben wir/ Hanffman. d t. reſol. 22. Et licet quidam ſtatus proteſtati ſint, ſe ſecundum Edicta cudere non poſſe, partim quod iis commercium ſit, cum aliis peſſimam monetam habentibus, quibus fortioris ligæ ſit ſolvenda: partim quod non pari copia ubique aurum inveniatur: ſopita tamen hæc controverſia, & monetarum liga uniformis in publicis Imperii Comitiis præſcripta R. A. de An. 1551. §. nemblich als bißher. Liga autem illa conſtat ex compoſitione materiæ & æquabilis additamenti proprio artis termino Schrot vnd Korn zu ſamen ſetz/ quorum illud additamentum valoris metalli, hoc nucleum in ſumma metalli puritate conſiſtentem denotat,

tat, diciturq; bonitas intrinseca. Constitutum autem est in Imperio ut 67. ducati habeant auri puri 23. Carat. 8. grana. 72. Floreni aurei 18 carat. 6. grana, id est, 12. loth. 6. gran. R. A. de An. 559. Newe Müntzordnung § ferner die Gülden Müntz Hanffm. d. l. resol. 22. Arumæ de re mon. c. 10 Octo Imperiales 14. lotones & 4 gr. argenti puri. R. A. de An. 566 § demnach haben wir uns de re monetaria præter citatos accurate scripserunt Reno. Budel. & Tileman. Principes quoq; constituunt in suis territoriis, ut subditi uniformi pondere & mensura utãtur. *Arg. l. modius C. de suscept. l 10.* Quo commercii fides, melius inter subditos, constare possit. Et tenentur subditi formam & pondus ex Architypo principis sumere; mensuræ enim & pondus, hisque similia, ad superioritatem recte referri volunt Guido Papa *decis. 49. Bidenb. qu. nobil. 7. Carol. Tapin in repet. l. ult. ff de const princ. 1. c. 2. n 50. Knich. de iur. territ. c. 4. n. 287, Bidenb.*

nobil. quæst. q. 7. fol 56. num. 1. & seq. vid. D. Besold. de iur. Maiest. in polit. cap. 8 num. 9. & in comment. super ord. VVirtenberg. fol. 259. & seq. Myller. de Stat. Imperii pag. 72.

Iudæos item recipiendi jus, habent Domini territoriorum. Quod primo Electoribus indultum *Aur. Bull. tit. 9.* post ad omnes status derivatum. *Policeii* Ordnung zu Augspurg/ *An. 48. sub tit.* von Juden vnd ihren wücher/ *Thom. Michael. de Iurisc. concluſ. 48. lit. B. D. Speidel. in not. ad A Bull. cap. 9. num. 16. fol. 244.* Quos semel in protectionem receptos non licet contra pacta ejicere. *Ruland. de commissar. part. 3. lib 7. cap. 3. n. 5.* ubi præjudicia refert, quod Camera Imperialis, mandata cum clausula, contra inique expellentes decernat. *Buxtorff. ad A. B. concluſ. 90. lit. C. Gratian. discept. forens. 658. num. 34. Myller. de Stat Imp. p. 2. cap. 24.* Et licet usura tanquam licita, permitti non possit; ne quidem à summo Pontifice C. *super eo x. d. usu-*

ris

vis tamen, cum Iudæi extra forum sint, *C. gaudemus x. de divort.* simpliciter eorum usura tolerari potest: haud secus uti eorum aliæ ceremoniæ *Magn. D. VVintzler de Iurisd. Episc. German. titul. 17. ibique citati Reink. 2. classs. 2. cap 3. num 8.*

Competit etiam Magistratibus superioribus, statibus scilic. Imperii jus famæ restituendi. Quod iis Carolus V. indulsit Anno 1526. vigore recess. ejusdem anni §. vnd wiewol. Et si infamiam lex provincialis, aut etiam jus commune infligit, dubium non est, quin restitutus ubique pro legali persona sit habendus, à lege enim sua status subditos eximere potest, & contra jus civile dispensare; Et talis ubique pro integræ famæ viro, habendus. *Vid. Lymnæ de I. P. lib. 4. cap. 8. n. 302. Thom. Michael. de Iurisd. concl. 47. Myller. de stat. imper. pag. 86. num. 59.* Secus si lege publica Imperii, quis infamis sit. *vid. cit.* Ex urgentissimis causis, scilicet si absque culpa, sed in-

fortunio lapsus est Mercator, Principes Imperii, quinquennales anstands. Brieff Mercatoribus impertiuntur. *ord. polit. August. An. 1548. sub tit.* von verdorbenen Kauffleuthen *vers.* vnnd nach dem sie zur zeit Et hoc beneficium, æquum est ut iis serviat adversus concives suos & conprovinciales, non vero eos qui extra Principis Concedentis territorium habitant; & hoc ipso distinguuntur à moratoriis rescriptis Imperatoriis *vid. imprimis hâc de re tractatum singularem VVilhelmi Antonii, Knich de Saxon. non prov. iur. verb. Ducum c. 5. n. 507. & seq. Coler. de process. execut. p 1. c. 9. n. 26. Matth. Steph de iurisd. lib. 2. p. 1. cap. 7. num 26 Thom. Michael ne Iurisd. conclus. 47. Lymnæ. de iur. publ. lib 4. c. 8. n 329. & seq. Myller. de stat. Imp pag. 89. n. 61.* Status prætensæ reformatæ religionis, sive vigore prætensæ jurisdictionis Ecclesiasticæ à juramento absolvendi quempiam, ad effectum agendi ut sine metu perjurii juris viam

ingredi

ingredi possit, sibi vendicant. *Matth. Steph. de Iurisd. lib. 3. p 1. cap. 14. n. 85. Cran. de pac relig. p. 1 problem. 7. Myller. de Stat. Imp. p 69.*

Securitatem quoque delinquentibus: & euntibus redeuntibusque per vias publicas, salvum conductum dare, ad dominium territorii solum spectat, vocaturque die glattliche Herrlichkeit/ *Knich. de iur. territ. cap. 3. nu. 414.* Vbi eam in alieno territorio concedere, non satis tutum esse, ait. *VVehner. obs. pract verb.* Glatt. *Coler. proces. execut. p. 4. cap. 1. num 117. Engelb. de iurisd. conclus 129. Thom. Michael. de iurisd. conclus. 47. & 50. Matth. Steph de iurisd lib. 2. p 1 cap. 7. num. 397. & 419. Maul. de iur conducend. Brunning & Georg. Becht de secur. & salvoconduct. per discurs. Myller. de stat. Imp. pag. 94. num. 65.* Territorii Dominum de prædio in via publica, ad damnum, licet vectigal. Pedagium, aut pretium pro salvo conductu petitum & solutum non sit teneri, tradunt

Sixtin. *de regal. 2. c. 2. num. 32. 35. 37. Maul. d. iur. conductitio tit. 7. num. 47. 5. Rosenth. de feud. cap. 5 conclus. 22.* ejusque præjudicium adfert. *in caus. Francof. cont.* Würtzburg Rosacorb *obs. cap. 18 num* 3. Ex officii necessitate ad hoc astringi status asserentes. Et quandoque hoc jus conducendi quis in alieno territorio habet, non jure superioritatis sed præscriptionis, aut alia lege: quo modo territorialem potestatem non evincit. *Knich. d. Saxon. non prov. iur. verb Ducum cap. 5. n. 109. Sixt. d. cap. 2. num 45.* Provenit autem jus hoc conducendi; ex jure probationis; quod Domino territorii in subditos suos competit, maximumque & certissimum territorialis superioritatis symbolum est; si nempe protectionem tanquam à Domino territorii accipiant subditi *Chass. catal. mund. p. 5 num. 195. Gail. de arrest. c. 8. n. 12. Meichsn. tom. 2. lib. 2. decis. 3 n. 5.* Idque consideratur in causa Mainz contra Erfurt *Dn. Besold Thesaur. pract.*

pract. verb. Landeschütz *Knich. de iur. territ. c. 4. verb. Vogteia & de Saxon. non prov. Iur. verb. Ducum. Saxon. cap. 1. num. 552. Reink. de reg. sac. & Eccles. lib 1. class. 5. cap. 4. num. 44. & seq.* & *hi* Schütz vnterthanen propriè dicuntur, à quibus multum differunt ii qui pacto alterius principis, vel status clientelæ se commiserunt, & Schütz oder Schirms verwandten dicuntur: nec patrono, ulla iurisdictio in clientes tales accedit, *Gail. lib 2. obs. 14. num. 1. & seq. Sixtin. d. regal. lib. 2. cap. 14. num. 105.* nec superioritatem arguit *Sixtin. Cons. Marpurg. 8. vol. 3. num. 45.* idque consideratum esse in causa Ingelheim contra Chur-Pfaltz refert Meichsner. *tom. 2 lib. 2. decis. 4. num. 176. vid.* Gumpeltzheim *de iure clientelari apud Arum & de iur. publ. vol. 2. dis. 27.* subditis autem invito domino, alterius clientelam quærere haud promissum est. *Magnif. D. VVintzl. de collectis obs. 24 numer. 11. Arum & tom. 2. disc. 17.* Huic iuri adhæ-

tet jus advocatiæ, in bonis Ecclesiasticis *Rutger. Ruland. de Commissariis de interrogat. lib. 2. cap. 1. num. 4.* Quod iis (attestante Focio cons. ac profess. Herbipol. in prociopœdia de regal. *num. 5. 8.*) feudi jure, super Abbatias, Ecclesias, & Monasteria in eorum principatibus sita, concedi solet. *vid. Mager de Advocat arm. cap. 1 n. 295. & seq. D. Besold. Synopf polit. de iur. Maiest special. num. 27.* Hæc tamen ordinis Cistercienſis est prærogativa, docente Magero *de advoc. arm. cap. 1. num. 27* quod nullum alium Advocatum quam Imperatorem admittere cogatur; nisi sibi sponte aliquem elegerit. Domini quoque territoriorum, subditos suos, urgente Reipubl. publica necessitate, ad Comitia provincialia convocant, in quibus de salute & commodo principatus in communi consulitur. Ad hæc vocati, si tanquam subditi compareant, se tales esse, ultro facto proprio declarant. *Knich. de Iur. territ. cap. 3. numer. 277. Gail.*

Gail de arrest. cap 7. num 14. Coth. respons. academ. 47. num. 33 VVehn obs. verb. Landsaß. *Ritter de hom conclus. 185. Myller de stat. Imp. pag. 70. nu 51.* Et qui his Comitiis interſunt, den Landtſchafft Büchern inſcribuat, ex quibus ſubjectio probatur, tanquam propriis oris confeſſione, *Knich d. c 3. num. 26. 8. VVehen obs. verb.* Landsfürſtliche Obrigkeit. *Act. Ortenb. cont.* Bayern *Mager de Advoc arm. cap 6. numer. 176 Reinck de reg. sec. class 5. lib. 2. cap. 4. num. 99 & seq.*

Ii qui à Catholica religione ſucceſſionem fecerunt, jure territoriali & Eccleſiaſticam juriſdictionem, liberumque jus mutandi religionem ſibi vendicant: idque non ſolum vigore §. vnd damit ſolcher Frtedt & ſeq & verſ. nach dem aber / ſed & ante pacis conſtitutionem religioſæ, ob juriſdictionis territorialis univerſalitatem ſibi id jus competiſſe aſſerunt. *Syring. de pac. relig VVaremund ab Ehrenb. in veris theol iurid & polit. cap. 2 n. 7.*

Cran. de pac. relig. Matth. Steph. de iurisd. p. 1. lib. 3. cap. 15. à princ. qui sibi contrarius est. *lib. 3. p. 1. cap. 1. num. 15. & num. 35. Ioach. Steph. inst. iur. can. 1. cap. 7 num. 48. Gylm. 3. Symphor. verb. Religions Frieden Christoph. Lehem. de pac. Relig. Thom. Michael. de iurisd. conclus. 49. Engelb. conclus. 130. & seq. Lymnæ d. l P. lib. 4. cap. 8. numer. 206. Knich. de iur. territ. cap. 3 n. 280.* Inter quos tamen Arnisæus *lib. 2. c. 1. num. 9.* Religionem ad jura Majestatis referre vix audet, & Sixtin. *de regal. c. 4. n. 1.* palam ait, materiam regalium mere sæcularem esse. Reliqui vero, eam adeo ad majestatem pertinere dicunt, ut eos, qui in ea se superiorem agnoscere profitentur, supremos Principes vocandos non esse, asserunt *Alb Gentil. disp. reg. 1. fol. 8. VVurem. ab Ehrenb. d. l. c 1. nu. 5. 11. 12. & c. 2. n. 11. & seq. n. 16. 27.* Verum eximendus est hic error, Religio minime in sæculari majestate solum præditi administratione esse debet; cum peculiaris sit ordo Ecclesia-

cleſiaſticis à Politico & œconomico, *Matth. Steph. de iuriſd. lib 3 p.1. cap.1. & ſeq 15.33. Reink. de regim. ſac & Eccleſiaſt. lib 1. claſſ. 4. cap. 9.* Nec Princeps ſæcularis, religionis negotiis; & Eccleſiaſticus profanis, abſque verbi divini læſione, ſe immiſcet. Et hoc eſt, quod Oſius apud S. Athanaſium in Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, ad Conſtantium Imp. ſcripſit: tibi Deus (inquit) imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit; & quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ, ita & tu, cave ne quæ ſunt Eccleſiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius ſias. Et ſani Impp. jura Eccleſiaſtica ſemper intacta reliquerunt, quin potius Cæſar Carolus in inſtructione ſua Anno 1554. ſcripta, aperte teſtatur §. dieſer Artic/ nullam ſibi in cauſis ſpiritualibus juriſdictionem competere, in apend. lit. B. Et Imperator Ferdinandus II. piiſſimæ memoriæ in celebri illo Edi-

cto

&to de restituendis bonis Ecclesiasticis post pacem Religionis à Protestantibus invasis, ait, das sie in den Fundationen vnnd Geistlichen dingen mit den Landen vnd Herschafften nichts zu thun haben / sonderen wie vorgedacht / gehören sie Gott vnd der Kirchen zue / daher sie dann von Weltlichen gebieth vnd Regiment disfals exempt vnd frey seyn. *Act. publ. tom. 3. pag. m. 4 §.* Weilen nun die jenigen Stifftter. *in fin.* Cum itaque Imperatores ipsi ingenue fateantur sibi in religionis negotiis, nullam competere potestatem: quomodo hoc se regale Principis protestantes ab iisdem consecutos esse affirmare queant, non video. Multo minus potuit Imperator jurisdictionem Ecclesiasticam, Episcopis competentem, eis aufferre, in Protestantes transferre, siquidem non à sæculari magistratu, sed à summo Pontifice & Episcopis, conveniente ordine, in Ecclesiæ Ministros derivatur, uti ex traditione Ecclesiastica notissimum

tissimum est. Et nullum quidem verbum in pacif. relig. invenitur, ex quo argui possit, jurisdictionem Ecclesiasticam Catholico Episcopalem protestantibus indultam esse: sed id saltem pacis publicæ gratia cautum, ut illa adversus Procerum protestantium personas, & territoria, quæ ab Imperio immediate habent, usque ad finalem Christianam compositionem religionis, quiesceret & suspensa esset. §. Damit auch obrührte pac. relig. Non est itaque abrogata, multo minus in eos translata, sed Ordinariorum Jurisdictio suspensa; Pacta quoque cum stricti juris sint, ultra ea de quibus expresse convenit, minime extendi debeat, *vid. Act. publ. to. 4. tract 1. & 2. D. Besold. Synops. polit. de iur. Maiest specialib. p. 1, lib 1, cap. 2, num 4, Amplissi D. Lyndensp. in elegantiss. notis ad Pac. Relig. pag. m. 512.* Verum quatenus res Ecclesiasticæ, ad politicam pertineant potestatem: perplexa & anceps est disputatio; in qua non solum

solum à Protestantibus Catholici, sed & hi inter sese dissentiunt; aliudque Veneti, aliud Sorbonici Theologi docent. A catholicorum vero dissentientes opiniones, Puritanorum & Anglicanæ Ecclesiæ lites, satis demonstrant. Illud certum expeditumque est Magistratum civilem, esse custodem Decalogi tabulæ utriusque, vitia nempe morum, qualia sunt. Blasphemiæ, Magiæ, Atheismi, Epicureismi perjurii &c. quia prohibet punitque *Papon de arrest. lib. 22, tit. 3. per tot. Theodor. Petreius in thesaur. conclus. crim. thes. 57. Card. Tusc. lit. B. conclus. 96.* Et hoc modo sæcularis Magistratus, curam religionis omnino non abjicit; sed potius illam protegit & defendit; non ut Dominus & Iudex, sed tanquam minister, Advocatus, & executor R. P. *Mart. Beran. in Manual. 5 c. 19, qu. 8, ICC. Dillingenses in comp. pac. Relig. cap. 8. quæst 62* Sic Novellæ illæ, & legislationes directe Religionem concernentes (puta de summa Trinitate, Hæreticis,

Hæreticis, Manichæis, &c.) prius in Conciliis deliberatæ & concluſæ, ab Imperatoribus, tanquam executoribus, ſubditis ad obſervationem earundem, propoſitæ & promulgatæ ſunt, *vid. Botium d. iure ſtatus, & Lebret. de la ſouveraineté du Roy.*

Sequuntur Collectæ Provinciales vulgo Landſtewr quarum ſuperindicendi jus, ei competit, qui ſublimi territorii jure gaudet; vel cum Regalibus à ſummo Principe inveſtitus eſt. *Roſenth. d. feud. cap. 5, concluſ. 74, & per auth. in gloſſ. d. c. ib. allegat. Knich. de iur. territ. cap. 3, numer. 322, & ſeq.* ubi latiſſime differit quomodo ſolutione Collectarum, tam ſuperioritas ratione recipientis, quam ſubjectio, intuitu exſolventis, arguatur. *Klock. de contribut. concluſ. 6, & ſeq. Matth. Stepb. de iuriſd. lib. 1, p. 1, cap. 7. n. 453, & ſeq. Reink. de regim. ſac. & Eccleſiaſt. claſſ. 5, lib. 1, cap. 4, n. 168, & ſeq. Ampliſſ. D. VVintzl. de Collect. Myller. de Stat. Imp. pag 99, num. 68.* Quod jus ei

quoque

quoque accedit qui cum mero mixtoque Imperio investitus est, si necessitas istius loci hoc flagitet, *Rosenthal. d. l. conclus 74* & eo in loco nemo jus tale habeat, quomodo conciliari vult, D. D. dissentientium opiniones *Rosenthal. d. l lit. F in gloss. ib. Vid. Klock. de contrib. conclus. 6, lit. B. & Reinck. d. l. num. 171.* Quin & universitati, ipsi, (ubi id extrema necessitas flagitarit, nec alia remedia adsint) collectas imponere, absque superioris consensu, licere, tradunt *Rebuff in l un. c. d superindicto Angel. cons 2, & 4 Bartol in l. ambitiosa ff. de decret. ab ord. faciendo Bertachin. de gabell part. 1, num 6, & quæst. Schurff. cons 59, nu 1, cent. 1. Tholos. Syntagm iur. lib 3, cap. 7, Rosenth. d. l. conclus 75. Reink. d. l. c. 4, num. 17, & seq. Amplis. Klock de contribut. conclus. 12, 13, 14.* addunt tamen Principem de necessitate collectandi præmonendum & consulendum, cujus erit necessitatem hanc expendere. Hæc tamen conventio communis collationis,

lationis, absque Principis scientia facta, forenses non obligabit, *arg. tot. C Nova vectigal. Rosenth. defend concl. 44. cap. 5, vid. tamen Reinking. d. l. num. 176.* Sunt quædam in Imperio civitates, quæ licet Imperiales non sint, amplissimis tamen privilegiis gaudent: & jura Regalia vel concessionis, vel præscriptionis titulo, absque universalis jurisdictionis, superiori ibidem competentis præjudicio, possident; Quæ quin hoc collectandi jus habeant, dubium non est, *Cravet. Cons. 673, n. 15 Surd. decis. 288. Pruckm. de regal c. 5, n. 8* præscriptis enim juribus Regalibus; superioritatis adhuc jura salva & illæsa manent. *Klock. de contribut. conclus 11, lit B. in fin.* collectæ autem sive onera Reipubl. in triplici sunt differentia, Personalia, Realia & mixta; Personalia sunt, quæ personis absque rerum & possessionum pensiculatione imponuntur. Realia quæ rebus & bonis, absque respectu personarum: mixta vero quæ personis,

nis intuitu rerum, inducuntur, & obligatio in personam dirigitur; licet causa finalis, ipsa res sit, *Gail. 2, obs. 52, n. 3. & seq. Chassan. in consuet. Burgund. rubr 1, des Iustices §. 4, verb redire n 26, Mynsi. cons. 64, VVesenb. cons. 45, nu. 3, Greg. Tholoss. Syntag. Iur can. 7, Klock. de contrib. conclus. 4, Myller. de stat. imp. pag. 100.*

Realia vero & patrimonialia, iterum subdividuntur in ordinaria & extraordinaria; illa sunt, quæ certam, animam regularem, & semper uniformem ac perpetuam habent præstationem: ut sunt indictiones sive tributa vulgo Stewren Schoß oder Schatzung quorum loco merito censentur annui illi census, ut in singula jugera aliquot nummi, aut certa mensura frumenti pendatur. *Vid. Gail. d. l. num. 9, Rosenth. d. l. conclus 73, Klock. d. l. Reinck. de reg. sac. class 5. lib. 1, cap. 4, 11, 140.* Extraordinaria sunt, quæ non nisi publica utilitate. & necessitate exigente, extra Ordinem indicuntur

tur, *Gail & allegg. dd. ll.* & passim à DD. Collectæ indigitantur, quibus regulariter possessores prædii, cujus intuitu præstantur, gravari solent. *l. un. Cod. de vacat publ. man. l. omnes C. de ann. & tribut. Matth. de afflict. decis. 95, num. 4, Heig. part. 1, quæst. 17. num. 36.* ubi falsum interpretum arguit commentum, collectam personæ, pro rebus, non vero rebus ipsis potius imponi, astruentibus. Dubium tamen non est, quin Princeps cum statuum consensu res ipsas, collectarum onere afficere possit. *Gail. 2, observ. 53. Rosenth. de feud. cap. 5, concluss. 82, Magnif. D. VVintzler de collect observ. 12.* Licet Klock aliique quamplures eas de hodierna consuetudine, & ordinaria onera esse asserant. *vid. Heigium illust. quæst. 17, num. 31, & seq. Reink. de reg. sec. lib. 1, classs. 5, cap. 4. n. 168. D. Besold. de arar. pag. m. 125, num. 4, & in cons. annex. q. 5.*

Ordinaria realia munera quod attinet, quæ absque ullo respectu personarum,

narum, intuitu rerum penduntur, & Stewren appellantur forenſes exemtos & privilegiatos quoque obligat. *Gail. 2, obſ 52, num 11, Sixtin. de regal. lib. 2, cap. 14, num 71, Roſenthal. d. feud. cap. 5, concluſ 80, num. 2.* Collectas vero ſolvunt ſubditi, ſive ii Municipes ſint ſive incolæ *l reſcripto §. fin. ubi DD. ff de muner. Klock de contrib. concluſ. 15, 16. Sixt. de regal. lib. 2, cap. 14, nu. 61.* etiam de bonis extra territorium ſitis; modo inibi collectarum onere non graventur. *Gail. 2, obſer 53, num. 10 Mynſ. 5, obſ 22, num 13, Roſent. d. feud. cap 5, concluſ 80.* Sed an potiore jure collectandi gaudeat domicilii Dominus, quam rei ſitæ deciſione imperiali, & lege publicâ indigere, recte exiſtimat, *Gail. 2, obſ. 53. in fin.* eamque juſte requirit *Mynſ 5, obſer. 22, num. 4, vid. Klok. de contribut. concluſ. 17, 18. D. Beſold. de arar. d. l.* Ex quo dubium oritur, an à forenſibus collectæ recte exigi poſſint? dubium non eſt, forenſes ad collectas teneri, quando

quando eæ ad refectionem viarum, riparum, pontium, murorum exiguntur; maxime si illa agrorum, aut immobilium bonorum, quæ ibidem possidentur, concernat utilitatem *Bursat. consil. 16, nu. 24, Parisi, consil 25, vol. 1, num. 6, & 7, Gail. 2, obs. 57, n. 15, Klok. conclus. 29, de contrib. lit. B Sixt. de regal. d. l. num. 73, & seq. Reink. de reg. sec. lib. 1, class. 4, cap. 4, num. 177, & seq.* ubi latè forenses & Clericos von der Kriegs Contribution und Einquarterung / non liberos esse docet, & licet quis von der Einquartierung liber sit, tamen adhuc non ab onere bursali exemptum esse. Imo quod Clerici hoc casu ad collectas teneantur, tradunt Cæval. *Comm. cont. comm. tom. 2, pag. 371, q. 578, n. 11, & tom. 4, pag. 53, quæst. 897, num. 817, & seq. Rosenth. d l. conclus. 81, num 2, Sixtin. de regal d l. num. 107.* Statuto etiam caveri, & consuetudine introduci potest, ut forenses ratione bonorum teneantur, uti supra dictum, *Gail. 2, obs 52,*

obſ.52, nu.17, Mynſ. cent.5, obſ. 22, n.6, Roſenth. d. l. concluſ. 82, 83, Klok. de contribut. concluſ.28, & 30. Sixt. de regal. d. l. n.75. & quin tale ſtatutum valeat, dubium non eſt. *Magnif. D. D. VVintzler de Collect. obſ12, & Gail. 2, obſerv.53.*

Clericos quod concernit, an à Collectarum onere immunes ſint? diſtinguo, vel eas exigit Archiepiſcopus in expeditionem Pallii, & ad diœceſis utilitatem & reluitionem æris alieni, citra culpam contracti: & conferre teneantur. Ad Turcicam vero expeditionem, de omnibus bonis ubicunque etiam ſitis, quando Epiſcopus & civitas non ſunt ejuſdem circuli. *vid. omnino Magnif. D VVintzler de collect. 11,obſ.13.* ubi addit Clerum Colonienſem, pro diœceſis neceſſitate, de bonis omnibus contribuere; juxta librum Decimarum, ad hoc ſpecialiter erectum. Vel eas exigit Magiſtratus ſæcularis, eaſque recuſare nequeunt, ſi bellum imminet grave, aliaque publi-

ca premat necessitas, in qua nec ipsi nec ipsorum res in tuto esse possunt. *vid. omnino Cavall. quæst. comm. cont. comm, tom 2, quæst. 578. n. 3. & seq. & tom 4, quæst. 906, n. 72. & seq. Sixtin. de regal. lib. 2, cap 14, num. 107. Klok. de contrib. concl 31. Magnif. D VVintzler de Collect. num. 13.* ubi in fine ait; authoritatem summi Pontificis vel ordinarii accedere debere, Vasalli cum ratione prædii feudalis præstent servitia feudalia, absque extrema necessitate eos Collectis gravare velle, durum foret; nec id aliter concedit Recess. Imp. de Anno 544. §. Damit nuhn solches. Hic tamen consuetudo, & si quid præscriptionis jure acquisitum, diligenter observandum. *vid. Rosenth. de feud. cap. 5. conclus. 78, 79. Magnif. D. VVintzl. de Collect. obs. 23. Klok. de contrib. conclus. 37.* Quin autem status Imperii, sui vasalli subditos, licet is ei subjectus non sit, collectare possit, dubium non est; quia in feudi concessione, dominus territorii

sibi superioritatem & consequenter jus collectandi reservasse censetur. *D. Besold. de iurisd. quæst. 20. Besold. de arar pag. m. 124. Amplissi. D. Lyndensp. de fam. illust. orig & mut. p. 126, n 397.*

Nobiles regulariter à collectarum onere liberi non sunt *Klok. de contrib. conclus 38.* quod fuse defendit *Ægid. Thomat. §. exact. in princ. usque ad n. 17.* sed eorum immunitas, moribus, & placitis Principum pendet, *vid. Sixtin de regal. lib. 2, cap. 14, numer. 117.* ubi multos allegat de nobilium exemptione disputantes *Klok. d. l. Reink. class 5, lib. 1, cap. 4, numer 184.* ubi in Hassia hisce temporibus, nobiles ratione illiorum prædiorum, quæ ipsi sub cura suo & aratro habuerunt, à Collectarum onere immunes fuisse testatur; secus de iis quos coloni colebant, utcunque tamen Nobiles, liberi & immunes ab hac collectarum præstatione fuerint, tamen ubi magna emerserit necessitas, quæ legis vim tolvit, ad eam tenebuntur, *Caval-*

los

los comm cont. comm tom. 2, pag 371, n. 10, quæst. 578. Magnif. D. VVintzler de Collect obs 14. imo ne privilegiati & exempti expresse, hic immunes erunt. *Klok d. l. conclus. 41, 42, 43.* ubi de exemptorum jure tractat. vid. & Sixtin. de regal. *lib. 2, cap. 14, nu. 119. & seq Magnif. D VVintzler d. l. obs. 17.* Sed difficilioris est inquisitionis, anne bona oneribus Reipubl. subjecta, cum in privilegiatam personam, Clericum, Nobilem cum transferuntur, cum persona, naturam suam exuant? Quidam convenientius existimant bona in personæ; quam hanc in illorum transire conditionem. *Ruisn. 5, cons. 121, num 9, Borel. cons. 74, num. 41, & seq. Chopp. de daman. lib. 1, tit. 14. Gail. decis. 382, & 384, Papon. de arrest. lib 5, tit. 2, arrest. 21, 23.* nisi jam ante reipub. functionibus suppositæ fuerint, *C. sancitum 23, quæst. 8 l. fin. Cod. de exact. trib. lib. 10.* & citati à Sixtin. de regal. *lib. 2, cap. 14, num. 115.* Id quod nonnulli ad onera ordinaria,

& mere realia restringunt; neque ad collectas, nisi quæ rebus ipsis imponuntur; extendunt, *Bart. in l. fin. Cod. de exactio. trib. lib.* 10. *Barbat.* 3, *cons.* 1, *num.* 9, *&* 23, *Nic. Everh. cons.* 30, *n.* 25. ubi ita exaudit C. tributum 11, *qu.* 1, *&c. tributum* 23, *q.* 8. alii sentiunt non debere nec posse alienationes tales in præjudicium Reipubl. vergere; ut cui commoda quæ in illis percipiebat subtrahantur, non hic possessorem, sed rei qualitatem, quæ illam semper comitetur inspici. *Natta cons.* 460, *num.* 16. *Cravet. cons* 642, *num.* 4, *& ri. vers. tertium, Surdus decis* 262, *n.* 4, *Menoch. cons.* 444, *num.* 22, *lib.* 5. *Bursat. cons.* 16, *num.* 10. *Festasius de collectis p* 4, *c.* 2, *num.* 7, 18. *& seq. c.* 3, *n.* 17. D. *Besold. de erar. p. m.* 162, *q.* 5, *n.* 86, & ita Anno 1589. 3. Novemb. Anno 96. 4. Octob. de Archiepiscopi consensu inter Status Colonienses, ut in Comitiis Imp. Anno 1542. convenisse testatur Magnif. D. VVintzler *d. t. de collect. obs.* 10. *in fin.* vid. Cævallos

comm.

comm. cont. comm. tom. 4, quæst. 899. per tot. sed an bona jam libera, in rusticum alienata, naturam suam retinebunt? certe non videtur hic reipubl. tantum versari præjudicium, quando nullum in iis jus antea ipsi competiit, talia in eodem libertatis statu permanere. Ex quo disparitas rationis in alienatione bonorum rusticorum in exemptos facta apparet dissentit Reinking. *de reg. sac. lib. 1, classs. 5, cap. 14, num. 187, & seq.* placet tamen distinctio Magn. D. VVintzl. cit. loc, Alienationes in Ecclesias tuas factas. Ob difficultates quæ exinde in Republ. nasci solent quibusdam in locis statuto prohibentur, de quorum æquitate & iniquitate hic non disputo, vid. respons. Iurisd. Ant. peregri M. Anth. Othelii & Ioachimi Scayni, sic & in Statutis Colonienſibus cavetur, ut talia ubi ad eos quovis titulo profecta sint, intra annum in Laicos divendantur. Stat. Colon. art. 7. in fin.

Cum autem collectæ possessionis

intuitu & fructuum perceptionis imponantur, *l. vn. Cod. de vacat mun. pub. l. omnes Cod. d. ann. & trib. l fruct. verb. funct. C. d. act. Curt. Iun. conſ. 42, num. 1.* æquum eſt ab uſufructuario potius, quam domino directo, eas exigi, *Bart. in l. qua ff. de uſuf legat. Tiraquel. de iur. primog. q. 74, nu 3. Matth. de afflict. deciſ. 250. ſub num. 4. verſ. item quia in uſufruct. Cacher. deciſ. 83. num. 4. Klok. contribut. concluſ. 22. Sixtin. de regal. l 2, c 14. num. 79.* anne itaque emphyteuta, & pro parte fructuum ſuorum Coloni hoc onere premi potuerunt affirmat de emphyteuta Gartz. *de expenſ cap. 12, num. 69. Ioan. de Amio conſ 8, nu. 6, Laurent. Sylvan. conſ. 47, nu 9. Alexand. conſ. 4, num 3, vol 1. Rutg. Ruland. de Commiſſ. p. 4, lib. 2, cap. 6, nu. 62. Oldendorp claſſ. 5. de act. Emphit. verſ. Emphyteuta tenetur.* eamque communiter receptam eſſe teſtantur, *Curt ſen. Conſ. 36. in fin Feſtas part 2, cap. 4, num. 24. Iul Clar. §. in Emphyteutis qua 46. num. 1.* quod plerique

plerique ad Emphyteutas Ecclesiæ extendunt. *Klok. de contribut. conclus. 24, lit. A.* ibique citati negotium tuetur Cæval. *comm. cont. comm.* eamque communem dicit *ford. Old. cons. 70, num 31, & 13.* licet contrariam magis communem asserat. Ego tamen non satis video, quare hic ratione fructuum non minus gravati possint Emphyteutæ, quam coloni Ecclesiæ; quod illi Magistratui sæculari subjecti sint, ejusque mandatis parere teneantur. Quod ad colonos partiarios minus dubium est, eos pro modo fructuum collectari posse. *Socin. cons. 119, num 2, vol 1, Natta cons. 409, n. 3, Cacheran. decis. 8, 3, num. 3, & 6.* Idque in Comitiis provincialibus Colonienſibus concluſum, teſte Magnif. D. VVintzl. d. l. obſ. 24, ut Coloni pro lucro auff Gewinn vnd Gewerb Collectentur, niſi in caſtris privilegiatis habitent.

Annui reditus, ibi collectis gravantur, ubi debitor moratur, neque in pa-

cipientium voluntate est, id mutare, uti diserte vult recess. de An. 1500. 541. & 44. ibi in §. vnd damit von solcher & vid. Klock. de contrib. concluſ. 23. lit. A. Verum haud secus ut paterfamilias, cum reditus annui non sufficiunt, ad facultatem quæstuariam respicere cogitur; ita Princeps, cum Ordinaria, emergenti necessitati non sufficiunt media ad extraordinarias pecuniæ conquirendæ rationes recurrere cogitur, scilic. collectarum tum demum justa est executio, cum eas & necessitas, & Reipubl. urget periculum. *Molina de iust. & iur. tom. 3. disp. 667, Gail. 2, obser. 52, num. 2. Becer. de collect. cap. 1, num. 3.* Princepsque de suo, absque notabili rerum suarum diminutione, publico subvenire nequit. *Cavall. d. l num. 25, & passim citati Maul. de homag. cap. 9, n. 35. & 39. Klock de contrib. th. 11. d. 1.* Ad æris alieni quoque reluitionem, citra Principis culpam contracti, subditi collectari poterunt. *Hœnnon. disp. polit. 5, thes.*

thes. 90, f. 294, Lather. cap. 7, Maul de Homag. c. 6, Boter. de collect. cap. 6, num. 22, Kratz in singulari consilio quâ ratione respubl. se oneribus liberare possit, ubi refert Ducem Bavariæ cum Ordinibus An. 1544. convenisse, ut quadragies septies centena millia spatio 12. annorum solverent. Ære enim alieno ut liberetur Respub. omnium interest, sciant autem Principes, impetranda potius quam imperanda hæc onera extraordinaria haud secus uti Mercurius ille plautinus in prolog. Amphit.

Pater huc me misit ad vos oratum meus,
Tametsi pro imperio, vobis quid dictum foret
Sciebat facturos, quippe qui intellexerat,
Vereri vos se & metuere, ita ut æquum est Iovem;
Verum ptofecto hæc petere me precario
A vobis jussit, leniter dictis bonis.

Modos

Modos vero collectandi infinitos inexplebilis adinvenit avaritiâ, quos recensere & longum nimis & inconcinnum foret, æquior illa ubi bona cujusvis censentur. *Bod de repubi. c. 2, fol 1033. te consult. d'Estat part. 1, chap. 45. Franc. Marc. tom 1, quæst. 458, n. 4, Klok. de contribut. conclus. 51, Sixtin. de regal. lib 2, cap 14, num. 142, & seq.* vel in singula jugera proprietarius & Colonus quid solvant; aut de centenis, certi penduntur. durior autem illa tributi ratio, Hieronymi lasci Poloni, dimidiam fructuum partem semel, tantum deinde vigesimam, & tertio octavam rerum venalium, in perpetuum à subditis exigi volentis, cum una & eadem res, brevi intervallo decies possit vendi, quo tributi genere usus est Dux Albanus in Belgio. *R. P. Strada de bello Belg. lib. 7, pag. m. 477, & 481.* At nullum tributum Deo carius, Principi justius, plebi utilius, quam quod iis inducitur rebus, quæ vel ad luxum, libidinem, delitiasque spectant

spectant; legibusque sumptuariis prodigalitas civium cohibeatur, ne vires illæ, quæ Rempubl. sublevare poterant, in inutilem pompam impendantur.

Superioritati territoriali, annexum est jus detractionis, vulgo abfahrt vnd abzug/ Nachstewr/ ablösung/ quod subditis domicilium suum alio transferre cupientibus, pro præstitâ hactenus tutela, imperatur; detractâ certa patrimonii quantitate, *Gail. 2, obs. 36, num 10, vide Mager. de advocat. arm. Rauchb. qu. 15. num 2, lib. 1, Buxtorff ad A B. conclus 99, lit. H. VVehner. observ. verb.* Nachstewr *Klok. de contrib. cap. 1, num. 234. Myller. de stat. Imp. p. 2, cap. 27.* præstationibus extraordinariis, annumerandæ quoque, angariæ & perangariæ; quæ sunt munus, quod ob negotium aliquod, cui celeriter, necessitate ita urgente, vehendis oneribus, providendum est, publicè imponitur: consistitque in armorum; aliarumque rerum

transf-

transvectione, *l. ult. C. de fabricens. lib.* 11, *l.* 1, *c. de quib. mun. & præst nem. se lic. excus.* 10, earumque appellatione veniunt, Equi, Plaustrorum, naviumque præstationes, *Rosenth. d. feud c.* 5, *concluf.* 70, *num.* 3. *Sixtin de regal. c.* 13, *lib.* 2, *n.* 10. imo, & jure hoc aliquando in forenses utuntur; eorum naves detinendo, si eorum opera, hosti irruenti, obviam eundum fuisset, *Klok. de contribut. cap* 1, *num.* 71. Nec Princeps ad damnum tenetur, si forsan ab hostibus Equi cæteraque intercipiuntur, uti ex Alciato probat Magnif. D. VVintzler *de collect. noviss. Edit. obs* 1, *num.* 4. ab his autem maxime differunt Frohndienst quæ non jurisdictionis, sed proprietatis jure, veniunt, ideoque in dubio, Domino proprietatis, dem Erb vnnd ätgenthumbsherrn adjudicantur. *Consult. Saxon. tom.* 1, *part. ult. in conf. Scabin. lipf* 122, *num.* 23. *Berlich. p.* 2, *concluf.* 65, *n.* 14, *vid. omnin. Knich. de pac. vestit. part. cap.* 3, *per tot. Amplifs. D. Lyndensp. in elegan-

elegantiss. tract. de fam. illust. origin. & mutat. cap 30, n. 161, & seq.

Domini quoque territoriorum subditos ad bellum vocant, excubias, arcis sequelam, Reiß folg Musterung. *Knich. comm. verb Ducum Saxon. c. 5, in fin. & de iur. territ. c. 3, num. 239. Reink. de regim. sæc. & Ecclesiast. lib. 1, class. 5, c 4, nu 109, Lymnæ l. 4, c. 8, nu. 244, & seq. Matth. Steph. l. 2, part. 1, cap. 7, nu. 470, Ampliss. D. Lyndensp. d. tract. de fam. orig. d. l num. 106. & seq.* & qui vocati veniunt, superioritatem vocantis agnoscunt. *VVehn pract. obs. verb. Folg. Knich. de iur. territ. cap. 3, nu 239.* Soli namque subditi, principem sequi tenentur, aut solvere Hostentitias (Saxones vocant die fahrtlösen Herrstewr / Käysergelt / Königsstewr *VVehn. d. l. Knich. d. l n. 369. Ruland. de commiss. l. 2, c. 2, n. 4, Maul. de Homag. tit. 6. Klok. de contribut. c. 3, n. 2, 73, 301.* Eodem pertinent armamentaria publica. *Rosent. d. feud. c. 5, conclus 19, Lymnæ. d. l. n. 210. En-*

gelb. de Iurisd. conclus. 128. Ius item muniendi arces, & fortalitia exstruendi, modo non fiant in æmulationem, vel inde pax publica, aut commercia civitatis alicujus Imperialis, aut provinciæ, turbentur. Gail. 2. observ. 69 nu. 18. & seq. Myller. de Stat. Imp. part. 2. ca. 40. referendum & huc jus aperturæ. vid. in text. part. 117. Thom. Michael. de jurisd. conclus. 53. Lymnæ. d. I. P. lib. 4. cap. 8. nu. 244. Reinck. d. tr. lib. 1. cap. 4. class. §. numer. 11.

Iurisdictio quoque forestalis vulgo die Forstliche Obrigkeit de consuetudine Germaniæ, ad Regalia Principum ac statuum Imperii pertinet: vti testantur Rosenth. de feud c 5. conclus. 94. Heigius quæst. 15. numer 45. p. 1. Knichen. comm. jur. Saxon. cap. 5. num. 197. & seq. Pruckm. in §. venatio. cap. 1 num 8. Gylm. Symphor. supplicat lib. 2. decis. 20. num. 3. Ruland. de commiss. in interoga venat. Thom. Michael. de jurisd. conclus. 51. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. numer. 443. &

seq.

seq. Sixtin. de regal. lib 2 cap. 18. num. 45. & seq. Myller. de Stat. Imp. cap 36. p 2. num. 1. Eoque latius patet, quam venandi jus, vulgo Wildbahns Gerechtigkeit. *Meichsn. tom. 2. lib. 2 decis 2. numer 36. fol. 136, Knich d. pact. vestit. cap 7. num. 53. in* § 12 & 13. *Harprecht inst. de rer. divis num. 2. 28.* quod hoc solum jus imperandi, prosequendi & capiendi feras in se contineat, illa vero præter capturam ferarum, jus prohibendi, & mulctandi complectatur, Forstliche gebot vnnd verbot anzulegen/ & juri territoriali cohæreat, late. *Casp. Leopold. de concurs jurisd. qu. 12. apud Aruma. vol. 1. fol. 274. & Rutg. Ruland. d. commiss 4. lib. 2. cap. 8. nu. 43. Sixtin. d. regal d. l. nu 51. Matth. Steph. d. l num 440.* ad quam distinctionem in concessionibus Principum diligenter animadvertendum esse, recte monet. *Harprecht. d. l.* & est venationis jus, simpliciter pars jurisdictionis forestalis; quæ duabus constat partibus, banno ferino Wildtbann/

& jure forestri Forstrecht. quæ duo conjunctim ei adesse debent, qui jurisdictionem forestalem sibi asserit. *Tho. Michael. d. l.* illud vel dictum est in imperio ferarum consistit, hoc verò in prohibendi & præcipiendi jure, de rebus ad venationem spectantibus & huc plerumque spectant jus, die Frondiensten ohne welche die Jagten nit können verrichtet werden / als Pferdt vnd Hauptfrohn / auch dienst zu fortfahrung der Jagthund / Zeugs vnnd Nätzgarn Jägerzehrung / die Bawren vnd Schäfferhundt mit ketten vnd bengelen zu belegen / vnnd daß die jhm Kirch der Fürstlichen Gerechtigkeit gesessene Unterthanen zu Jagen zu helffen vnd zu dienen schüldig seind. Jus item salvarios Forstmeister vnd Forstknecht Schützen Wiltzeuchälser fürjäger instituendi; prohibendi item ne arbores excindantur, lignandi & pasculandi abusum. *Meichsn. 2. Cam. p. 2. decis. 2. num. 30. Forster. proces. Camer. tit. 5. vot. 8. fol. 807.* quibus

omni-

omnibus jurisdictio forestalis dilucide probatur. *Cravet. consi 673. num. 12. lib. 4. Natta consi 204. num 3 tit. 2.* Easque operas subditi propriis sumptibus præstare tenentur. Hæc verò jura, regulariter juri venandi non cohærent; sed venationem propriis sumptibus exercere tenentur ii, qui, cum jure venandi, simpliciter investiti sunt: nisi & hoc expressè sit concessum, vel legitimi temporis præscriptione acquisitum. Venatio insuper alia est superior. Hauptwildbahn/ Hauptwildfuhr groß wildwerch / & dupliciter dividitur in das Schwartze vt vrsos Apros, &c vnd das rothe Landpret Hirschgewild/ & *Meichsn decis 2. tom. 1. part. 2.* Alia inferior & ima, sub quâ continentur Haasen/ Füchs/ Birckhänen/ Reb/ vnd Feldhöner / auch alles Federwildpret / Federspill Federthier. Meischner. tom. 2. decis. 1 part. 2. Surdo canit Bornit. jus in ærario suo *1. cap. 4.* dum principibus suadet vt ferarum vsum, capturamque, ad jus gentium

revocent; jure Regali illibato, sibique vectigali in singula capita reservato.

Caput V.

De Principibus Electoribus in genere.

GEneratim explicatis Statuum Imperii juribus & privilegiis, justo nunc ordine singulorum prærogativa & dignitas subsequitur. Inter quos primi sunt Electores, tanquam columnæ & bases Imperii Romano-Germanici, in partem sollicitudinis vocati, *A. B C vlt.* membraque capiti proximiora *A, B tit.* 2, sic dicti, quod occurrente necessitate, & legitima existente causa, Imperio caput designent. *A. B. tit.* 1. De Authore excelsi huius ordinis, varii varia tradidere, quidam ad Carolum M. alii ad Ottonem III. aut IV. cæteri, vel ad Henricum II. vel Carolum IV. institutionem eorum referunt. Arumæus de Comitiis, eam non lege pragmaticâ, sed vsu & consuetudine ex tit. 1. A. B. irrepsisse, arguit. Ac

in

in hoc argumento, cum plurimi operam suam præstiterint, eique plus curiositatis quam ponderis insit, brevitati studens, hic merito aliis locum relinquo, lectoresque Curiosos ad Onufrium Panuinum de Comitiis Imperatoriis Schardium, Gevvoldum de decemviratu, Arumæum de Comitiis *cap. 2. num. 15. & seq.* Lymnæum *de jur. publ. lib. 3. cap. 1.* remittimus. sufficiatque hodie Electionis prærogativam ex constitutione Aureæ Bullæ Caroli IV. penes septem Imperii Principes residere, Archiepiscopos & Imperii Archi-Cancellarios Moguntinum, Colonienſem, & Trevirenſem, Regem Bohæmiæ Archipincernam; Ducem Bavariæ Archidapiferum; Principem Saxoniæ Archimareschallum; & Marchionem Brandeburgenſem Archicamerarium. Communis tamen Scriptorum opinio est, ante Ottonem III. promiscue Principes in Electione concurrisse, ab eo vero, accedente Apostolicæ Sedis Au-

thoritate, septem Officialibus Sac. Imperii jus & potestatem, ex iis, quos reliqui Principes pronominassent, summum caput Imperio designandi, tributum esse; eumque officia hæc perpetua & hæreditaria effeciisse, ac certo territorio affixa, Imperii feuda constituisse, quod ex continua historiarum fide, earum nostro sæculo petissimi viri Domini Gevvold. de septem vir & D. Burgund. in Electorat. Bavar. deducunt add. Schard. & VVindeckr. singg. Nec sine ratione politicis additi sunt Ecclesiastici; vt nempè ii, qui ad Imperatoriam nequeunt aspirare dignitatem, Politicos, ne alter alterius voto, ad tantum Imperium aspiret, in officio continerent; *Pflug. in orat. de Statu. Germ.* quos & ideo sæpè periclitantis Reipubl. vnicos remediatores extitisse, certum est.

Electorum verò præeminentia vel ex eo satis patescit, quod non solùm Imperatorem, mundi caput, eligant sed & cuncta ferè, quæ magni momenti

menti in Imperio sunt, cum eorum consilio, peragantur; atque in partem sollicitudinis Imperialis vocati, convenire absque Imperatoris venia speciali possint, consulturi de arduis Imperii negotiis, *A. B. tit. 12.* in qua reliquos Principes hoc sublimi jure non gaudentes, longè antecellerint; adeò, vt licet Reges non sint, iis tamen ferè æquiparentur. *Heig. q. 3. num. 51. Dan. Moller. c. 3. Semest. 40. num 1. Arumæ ad A. B. discurs 3. conclus 11. Reincking. de reg sec. l 1. class. 4. cap. 3.* Iisque non Ewer Gnaden sed Königlichen würden tribuunt vti passim in actis publicis videre est. Imo criminis læsæ Majestatis rei sunt, qui iis insidias struere ausi fuerint. *A. B. c. 24.* sunt enim pars corporis nostri, inquit, Carolus IV. *d. loco.* Nec in actibus ad curiam spectantibus vlli Principi, quacunque dignitatis prærogativa fulgenti cedunt, ex indultu Aureæ Bullæ *tit. 6 ibid. Arumæ & Amplis. D. Lyndensp. in monitis politicis ad A. B.* nec de jure communi,

digniori licet præcedentia debetur, si illa non sit ordinata ad talem actum, pro qua præcedentia tractatus *Gratian. discept forens. C. 29. 8. nu. Buxt. ad A. B conclus 84.*

Electores feuda Imperii libera, à cæteris statibus, irrequisi.. Imperatore, emere possunt. *A B. tit. 10. ibid Arum. & Buxtorff* modo in eadem qualitate maneant, de iisque servitium feudale Imperatori præstent, cum feuda ab Imperatore recipiunt, Collatio omnino libera est, cum cæteri Principes 63 argenti marcas cum vno fertone seu Virdung id est quartâ parte marcæ vt Arumæus divinatur ad A. B. *tit. 29.*

CAPUT VI.

De Electoribus Ecclesiasticis.

ELectores Ecclesiasticos, vt vbique ordinis prærogativa, sic & hic merito priores recenseri debent, Eosque antiquiores semper nobilioresque fuisse testatur Panuinus de comit. Imp.

Imp. *ca. 9.* nec immerito, vtpote quibus summa rerum erat concredita per Germaniam Italiam & Galliam, ibid. Archicancellariorum munere defungentibus, quod proximum ab Imperatore fastigium, intrantibus enim Impp. Italiam Archiepiscopus Colonienſis diplomata Imperialia designabat; idemque factitabat Trevirensis in Gallia, regno scilicet Arelatensi, quæ Galliæ Provincia, imperio parebat, in Germania vero, Archiepiscopus Moguntinus; cujus nomine Vicecancellarius, Aulæ Imp. Cæsareæ diplomata, subscribit; reliqui duo retinent nomen Archicancellariorum in Italia & Gallia, officio eorum hoc tempore ibidem quiescente; quoniam à retentione nominis, ad effectus retentionem recte arguitur, *l. à nullo in fin. C. de fer. Nic. Everhard. Iun. consil. 41, num 31, vol. 1. Nold de stat. nobil. cap. 8, numer. 63, & seq.* Archicancellariorum officium, circa Ottonis Magni ævum natum, ex ipsorum

Impp. priuilegiis seu diplomatibus publicis, se obseruasse scribit Panvinus *d. comit. Imper. c. 6, num. 29.* consentit Frehetus *in orig. Polit. cap. 5.* vide omninò Kirchn. *tract. de offic. & dign. cancell. lib. 1. c. 3.*

Imperatori quoque solemne est, Electores Ecclesiasticos, Nepotum nomine, in litteris ad eos missis, compellare, vnserem lieben Neven Cujus ratio non vsque quoque expedita est, vide tamen Heigium *lib. 2. quæst. 4. n. 62.* *Bertram. de Comit. apud Aruma de jur. publ. tom. 1 memb. 1. num. 20. circa fin.* Verisimile tamen est hanc compellationem ex familiaritate & affectu singulari erga hos fieri ab Imperatore. *Knichn. de Saxon. non provocat. Iusc 1. num. 320 verb Iuf.*

Ne verò quid controversiæ de sessionis præcedentia, inter hos tres dignitate pares moveretur, Carolus IV. in Aurea Bulla vnicuique suum locum assignavit, & Moguntino, in suis diœcesi & provincia, & intra eam, in

toto

toto cancellatiatu suo, (exceptâ tamen provinciâ Colonienſi) dextrum Imperatoris latus Extra eam verò in Italia, & Gallia, ſeu Regno Arelatenſi. Colonienſi. Trevirenſis verò ex appoſito verſus Imperatoris faciem. *A, B, cap* 3.

Gaudent autem hoc elegendi jure Electores Eccleſiaſtici, non vt officiales & Archicancellarii (quales jam ante A. B. erant) ſed tanquam Electores & ſeptem viri *Herm. Kirchn.* in *Morviller lib.* 1 *cap.* 4. *& ſeq.* iudeque abſurdum eſt cum Grego. Tholoſano *l.* 6. *de republ. cap.* 13. *num.* 25. opinari, Trevirenſem Galliæ, Colonienſem verò Italiæ nomine eligere; & multo abſurdius Moguntinum Germaniæ intuitu jus ſuffragii obtinere, quod ſi fieret, reliquorum Electorum, nullæ in elegendo, forent partes.

Competit itaque hoc jus elegendi, Eccleſiaſticis Principibus, non tanquam Eccleſiaſticis, ſed Principibus ſecularibus; quæ duo, in vno conjun-

cta esse posse, supra deductum est, vid. Arumæ. *ad A. B. cap. 4, discurs. 3, §. 8.* Electores etiam Ecclesiastici, hoc gaudent præ laicis privilegio, quod banno Imperiali innodari nequeant; at privari quidem Regalibus, quæ ab imperio possident. *Gail. de PP. lib. 1, cap. 8, num. 13. Mynsi. 5, obs. 28, n. 8.*

De Electore Moguntino.

INter Electores Ecclesiasticos, primus est Elector Moguntinus, Germaniæ Archicancellarius, cujus intuitu olim decreta imperialia solus signavit. *Tobias Paurmeist. de iurisd. lib 2, cap. 2. num 33.* cui consequens est, quod apud eundem, Archivum imperii publicum, seu Cartophylacium, quo publica imperii documenta actaque continentur, nec non imperii matricula, asservatur *Rudg. Ruland. de commiss. lib 3, cap. 4. numer. 10.* Est item illustris Collegii Electoralis Decanus. *Arumæ. ad A. B.* Habuit olim jus consecrandi Regem Bohemiæ,

miæ, ut ex privilegio Odochari & VVenceslai videre est apud Trithem. *in Chron. Spanheim.* Sed Carolus Marchiæ, Moraviæ, odio Henrici Moguntini, Pragensem Episcopum, in Archiepiscopum promovit, eundemque Moguntini subjectione exemit; eique jus Coronandi Regem Bohemiæ, antea Moguntino competens concessit. *Knich. de Sax. non prov. Iur. verb. Elect. c. 1. n. 60.* Non vero omittendum hic, VVilligisum (quem quidam primum Archipræsulem Moguntinum faciūt) Ottonis III. Imp. præceptorem, natum ex patre Rhedario, in pago Saxoniæ Schönningen / memorem suæ conditionis, rotam multis in locis depictam, sibi veluti imaginem modestiæ probandæ proposuisse, cum hac inscriptione; VVilligis VVilligis recole unde veneris. *Brusci. c. 2. de Germ. Episc.* Vnde etiamnum Archiepiscopatus Moguntinensis insigne, rota perduravit, quod confirmavit Henricus II. Imperator.

De

De Electore Colonienſi.

HVnc ſequitur Archipræſul Colonienſis quem Carolus IV. *in A. B. tit. de Electorum ſalvo conductu & tit. de eorundem immunitate.* Trevirenſi præfert. Haud exigua hujus eſt dignitatis prærogativa, quod is Regi Romanorum, primum diadema imponat. *A. B. ca. 4. §. 3, Buxdorff. ibid. concluſ. 46 Aruma ibid. pag. m. 136. Lymna. d. l. publ. lib. 3 cap. 6. num. 3.* quod à tempore Henrici III. Imperatoris hæc ſedes ſibi vindicat: quamvis non abnuerimus, ante Henrici III. Imperatoris tempora, hoc jus coronandi Regem, Moguntino competiiſſe, factæ autem mutationis, Imperator Henricus III. haſ teſte Schaffnaburg. *Annal. An. 1054.* habuit cauſas: quod major generis claritas Hermannum Colonienſem, quam Ludolphum Moguntinenſem commendabat: ille enim Palatinus Rheni cognomento nobilis erat, *Merſa. in Herman. An Archiepiſ. Colon.* hic ex Monacho Fuldenſi, in Archiepiſcopum eve-

evectus fuerat. *Merſæ. in Ludolph. An. Arch. Mogunt.* Altera fuit, quod conſecratio Aquiſgrani, intra ipſius diœceſin celebranda contigiſſet: quæ ratio poſterior, tam efficax futuris temporibus viſa fuit, vt jus coronandi; penes Colonienſem, immutabiliter permanſerit. *Ciſner. in fin. orat. de Otto. III.* quod & innuit Gunterus lib 1. in lig. de Coronat. Friderici I. agens.

Impoſuit capiti geſtamina regia ſacro
Arnoldus, quo tunc paſtore Coloniæ dives.
Gaudebat, quippe hunc veteris ſibi juris honorem.
Vindicat ille locus.

Ac omnes quicunque Henricum III. ſecuti ſunt Imperatores, hoc jus ei reliquerunt, ac in concuſſe aſſerverunt. *Pet. de Anello cap. 6. de Rom. Imp. Hart. Maurus de coron. Caroli V.* adeo, vt & illud à Carolo IV. in Aurea Bulla confirmatum ſit; ſic Sigfridus Archiepiſcopus Colonienſis Rudolphum I. Imperatorem ac Adolphum eius ſucceſſo-

ceſſorem coronavit; Fridericus, Lotharium Saxonem, Adolphus, Ottonem IV. & Philippum; Henricus, Maximilianum I. Hermannus denique Carolum V. ac Ferdinandum I. ejus fratrem, *vid. omnino Buxtorff. ad A. B. concluſ 47.* Quod vero alicui poſt Henricum 3. Imperatores à Colonienſibus Archiepiſcopis non ſunt coronati, id vel ex eo profectum eſt, quod majoribus ordinibus initiati, vel pallium recens Electi, à ſede Apoſtolica, nondum erant conſecuti, ſine quo, ea quæ ordinis ſunt, exercere nequeunt. *Mateneſ. lib. 3. de Coron. Ferdinandi II. pag. 99.*

Ornatur quoque hic Elector titulo Ducis VVeſtphaliæ & Angariæ: quos Ducatus à Friderico quondam imperatore circa Annum 1180. Philippus Archiepiſcopus Colonienſis, multis imperii Principibus præſentibus Geylhuſii, ſub fide clientelari accepit, *Chron. Colon.* Exauctorato enim Henrico Leone, Duce Saxoniæ, ejus ditiones

tiones Fridericus imperator, inter alios, cum Procerum conſenſu, diviſit, VVeſtphaliamque & Angariam (quam Philippus Epiſcopus, armata manu, tribus equitum millibus ſtipatus occupaverat) Eccleſiæ Colonienſi donavit. *Chron. m. Iordanis. Chron. Colon. fol. m. 178. ſub Friderico Imperatore* ſubditi Archipræſulis Colonienſis, privilegiati ſunt contra Rotvveilenſe & alia extraordinaria dicaſteria; nec provocare licet in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, ſalvo tamen petitorio; nec in reliquis, niſi ſumma 1000. excedat florenos aureos, appellatio conceditur; vigore privilegii à Maximiliano 2. Archiepiſc. Colonienſi conceſſi: quod refert Lymnæus de jur. publ. l. 3. c. 6. Colonienſis quoque Elector in ſuis diœceſi & provincia Biſthum vnd Landt/ vnd auſſer denſelben in gantz Italien vnd Gallien dextrum latus Romanorum Cæſarum occupat. *Aruma. ad A. B. diſ. 3. Theſ. 2.* ratio vero quare Trevirenſis in provinciis, ſuo Archi-

Archicancellariatu subjectis, non ad latus dextrum, sed è fronte Imperatoris consideat, iisque in provinciis dextrum teneat Imperatoris Latus Colonienſis, in obſcuro eſt. Arumæ. *ad A.B. d.l.* conjecturatur Treverenſem de ſuo jure aliquid conceſſiſſe, quæ conjectura & præſumptio de Magnatibus, quorum proprium quarto modo eſt de gloria & honore certare, non adeo videtur eſſe probabilis, vt ut ſit, id conſtat, Antiſtitem Colonienſem, in ſua diœceſi Italia & Gallia dextrum Imperatoris Claudere latus A.B.c.3.

De Electore Trevirenſi.

1. SEdes Archiepiſcopalis Trevirenſis, cæteris antiquior; hinc illi verſiculi,

Treveris ætate, ſed rerum proprietate
Gaudet Agrippina, ſed honore Moguntia prima.

2. Auguſta Treverorum antiquitate omnes fere ſuperat Civitates: ea enim Abrahami ac ſemiramidis tempore

pore condita fertur. *Alb. Abb Stadensis in Chron. pag* 214. vid. Annal. Trevi. VVilh. Kyriand. part. 1. init.

3. Dicitur hic Elector, Archicancellarius per Galliam, id est, Regnum Arelatense, quod olim septem continebat provincias; Delphinatum, Tractum sequanorum, seu Comitatum Burgundiæ, Helvetiorum aliquot ditiones, Lotharingiam, Sabaudiam, Massiliæ territorium: Hoc regnum Rudolphus Rex, Conrado II. Salico, testamento tradidit; quod is inde ejecto Ottone, Germaniæ incorporavit. Verum post Carolus IV. qui alias Imperii vires, Vectigalia, aliaque Imperii bona alienando, miserè distraxit, ita vt non immerito eum, Max. I. dissipatorem nominavit, vnius prandii gratiâ, in villâ novâ, prope Avignonem, Galliæ Regi id tradidit. *Crus. lib. 5 part. 3.* cuius concessionis diploma in Bibliotheca Parisiorum extare, idque se legisse, testatur Aventin. *Bojor. Hist. lib. 7* Quare cum id regnum ab Imperio avulsum

sum sit; non nisi inane Archicancellariatus Galliæ nomen remanet.

4. Ab hoc Electore vel ejus Provinciali Dicasterio, non conceditur appellatio, nisi summa 500. excedat aureos Reinisch in Gold/ & in causis momētaneę possessionis omnino non licet provocare. In reliquis appellans intra spatium trium mensium, à die latæ sententiæ computandum, juramentum calumniæ præstat nec non cautionem juratoriam, sub hypotheca omnium bonorum: quibus solemnibus præter missis, appellatio invalida & sententia executioni mandatur, tenore privilegii imperialis, quod refert Lymnæus. *de iur. publ. l. 3, cap. 4.*

CAPUT VII.

De Electoribus sæcularibus.

1. ELectores Ecclesiasticos, sequuntur Politici quatuor: Rex Bohemiæ, Imperii Archipincerna: Dux Bavariæ, Archidapifer; Dux Saxoniæ, Archi-

Archimareschallus: Marchio Brandeburgensis, Archicamerarius. Quæ munera olim usque ad tempora Ottonis III. temporaria fuere, ab eodemq; perpetua facta sunt. *Freher. de origin. Palat. part.* 1. *cap.* 15. *Gevvold de septemv. c* 10. *pag. mihi* 197. *Knich de Saxon. non prov Iure cap* 1. De præcedentia & jure der Erb vnd Hoffämpter vide consultationem Anonymi Authoris *in Besoldo Polit. tom.* 2. *de sessionis prærogat. cap. ult num.* 4. *Adde D. Lyndenſp. in elegantiſſ. not. ad A. B. cap.* 27. Quæ officia imperialia, non Electoratum (in quo Spangenberg *Chron. Saxon. cap.* 161. & Sturcius *de Imp. Rom. cap.* 36, *num* 12 graviter hallucinantur) ab Episcopo Bambergensi, in feudum accipiunt: uti apparet ex investitura Bertholdi Episcopi Bambergensis, Ludoico Comiti Palatino Rheni, ac Duci Bavariæ facta, quam refert Gevvold. *in septemv. pag. mihi* 109. Hujus vero præeminentiæ, Episcopo Bambergensi concessæ, autho-

authorem faciunt S. Henricum eius nominis II. Rom. Imperatorem; qui cum Comitatum Bambergensem, ad se & Imperium devolutum, in Episcopatum erexisset; pro maxima in eum locum affectione sanxisse fertur, vt quatuor Electores, officia illa Imperialia, in feudum ab Episcopo istius loci acciperent. *Lymn. de Iur. Publ. c 7. lib. 3 Magerus de Advoc. Arm. cap 5. nu. 420. & seq.* Verum Electores suos habent subofficiarios, quibus in subfeudum ea concedunt, quæ iis ratione officiorum assignata sunt: & servitia feudalia, Episcopo Bambergensi debita, nomine Electorum præstant: ac quidem Bohemus per illum von Auffsaß/ Palatinus olim per illum von Pommerfelden/ Saxo per illum von Ebnet/ Brandeburgicus per illum von Rotenhan/ *Mager. de Advoc. Arm. c 5. n. 422.*

2. Quilibet etiam Elector, suum habet Vicarium, qui in eius absentia, vices suppleat: sic Bohemi Pincerna, est ille de Limburch Erbschenck; Palatini Da-

ni Dapifer, de VValpurg: Saxonis, Baro de Pappenheim; Brandeburgici, Dux von Hohenzollern / *Lymnæ. lib. 3. c. 7. n. 73. Reinck l. 1. class. 4. cap 7. num 9.* Nec his quicquam præripiunt legati Electorum: licet enim Principis Legatus, Principem ipsum tepræsentet: hoc tamen casu, cum specialiter Princeps, hunc actum, certo alicui demandarit, is Legato eius non competet. Et in Coronatione Caroli V. provicepincerna Regis Bohemiæ, judicatum fuisse testatur. Maurus *in Coron. Caroli V.*

3. Electoralem dignitatem & ditionem, immediate ab Imperatore consequuntur. *A. B. ca. 7. v. si jure c. 29. in prin. Mager. de Advoc. Arm. c. 5. num. 426* Vigore cuius eis competit electio *Arumæ ad A. B, Disc. 6. thes. 27.* Id, ne superius dictis obstet, ita intelligendum, vt non Principatuum nomine eligant, quorsum illud Germanicum, wegen ihrer Reich vnd Fürstenthumb nos seducere posset; verum virtute, vt cognoscantur eiusmodi Principa-

tus, cum jure vocandi, eligendi, adeò conjuncti, & vniti inseperabiliter esse; vt illud in alium cadere nequeat, præterillum, qui Principatum ipsum cum terra, Vasallagiis, aliisque juribus dignoscitur possidere. A.B, *c.20. Lymn. 3.ca.7.n 2* Hinc est, quod Electoratus, à Principatu dividi nequit. *Arumæ. ad A.B, c.20.disc 6.*

4. Sicut ad Ecclesiasticos Electionis, ita ad hos successionis jure Electoratus devolvitur, & quidem ad solum primogenitum, cæteris exclusis. A.B. *cap 7, 20 24.* Inanis ergo hoc loco est quæstio de prælatione neporis, excluso patruo; cum per Auream Bullam illa determinetur: & hæc adeò vera sunt, vt & filius, ante dignitatem paternam natus, aliis patre in dignitate constituto natis, præferendus sit. *D. Besold. de succes. & Elect Regia dissert.7.num.1,2. vbi multos allegat Doctores; Knich. de Saxon, non prov. jur, cap.3. numer.51* Vlpianus in *l.3. d.Senator.* Nihil interest *inquit*: an

an in senatoria dignitate constitutus, susceperit filium nec ne; an ante dignitatem. Nec attendendum videtur tempus adeptæ dignitatis; sed successoria lex, cui dignitas est annexa: ac sufficit quod sit, ac dicatur primogenitus Regis vel Electoris tempore mortis vel successionis delatæ quippe, cum qualitas adiicitur verbo, à quo dispositio sumit effectum, satis est talem qualitatem adesse tempore, quo illa dispositio sortitur effectum, *D. Besold. de succeſſ. & Elect. lib. 1. Dissert, 7. nu. 4.* Quod de primogenito, idem & de nepote statuimus, qui avo dignitatem Electoralem nondum adepto, nascitur. *Kuich. de Saxo non provo. jur. cap. 3. n. 60. verb. Elect.*

5. Primogenito eiusque lineâ inter mortuâ; secundo genitus eiusque Nepotes, & his extinctis, tertio genitus eiusque familia, & sic consequenter succedunt. *A, B, cap. 7. ibidemque Arumæ. Buxtorff. & ampliſſ. D. Lyndenſp. vide Bodinum de republ. lib. 6. c. 5.*

Eandem cum Electoratibus successionis rationem habent Ducatus; Bavariæ, Braunsuicensis, VVurtenburgensis, Hassiæ; vbi duæ sunt lineæ Cassellana & Darmstatina, &c. vide Reinking. *de regim sæc. & Eccles lib. 1. Class. 4. cap 13. num 29. & 34 Buxtorff. ad A. B conclus. 85 & seq.*

6. Præclara quoque est Caroli IV. cautio in A B. *cap.* 25. quæ divisionem Electoratus vetat; idque congruit juri feudali. *cap. Imperialem §. Præterea de prohib feud. alienat. per Frideri.* Quippe advertit Imperator, dignitatem splendoremq; Electoratus haud stare posse, si contingeret eum in multas partes discindi. Et non immerito monstro comparavit Afflictus (*ad §. præterea Ducatus section. 2. incip. in decimo tertio & num. 5 de prohib. feud. alienat.*) vnius si Regni, plures sint hæredes; Longe enim firmius est futurum Regnum, si pœnes vnum remaneat, quam si portionibus, inter plures dividatur: si enim tot fuerint separata regna,

quo-

quot filii, eaque rursus, pro nepotum numero dividantur, infinitæ futuræ sunt portiones; & qui antea potentes, diviso in partes Imperio, ad privatorum descendent inopiam: simulque nomen cum dignitate amittent.

7. Primogenitus verò, fratrum suorum rationem diligentem habebit; eique Carolus pietatem & Clementiam, erga eosdem sollicite commendat: *A. B. d. cap. 25.* alimentariamque portionem vt assignet præcipit. Procul absit, eos, Tyrannorum & immanis Ottomannicæ familiæ adhuc vsitato more, eo solum crimine, quod fratres sunt, occidere: vel vt ii, qui ferum animum subdolâ humanitate tegunt, variis structis criminibus, ad supplicium quærere; credentes sanguinem propinquorum, eorumque qui dominationi obstare queunt, instar calcis ædificia compaginantis, Imperium consolidare: quod exaggerat Arnisæ. *2. relect cap. 2. sect. 9. à prin. Annibal. Scotus ad Tacit. fol. m. 14.* Ve-

rum sciant tales, scelere compactum Imperium, haud esse diuturnum *Clapm. de arc. rerump. 5. cap 5.* Alimenta vero, dignitati personæ respõdeant, opibusque primogeniti. *Beth. cap. 9. fol. 603.* solent eis plerumque annuæ pensiones, vel portio quædam Regni adscribi, quam Galli *Appennage* vocant: non cum absolutâ potestate, sed feudi titulo, quod deficientibus Masculis, ad Coronam revertatur: non in finibus, sed in meditullio Regni sitam; vt turbas moturi, præsentes & vicini, eorum consilia facilius opprimi queant.

8. Si primogeniti de mortui filius impubes, necdum eius ætatis sit, vt Electoratum administrare possit; tunc frater senior eiusdem primogeniti tutor & administrator existit, donec legitimam attigerit ætatem: A. B. *cap. 7.* nec pater alios testamento nominando tutores, agnatorum proximorum juri derogat, cum lex Imperii, quæ accedente Electorum ac Principum con-

consensu lata est, eam proximiori deferat agnato. *Knich. d, l. c. 4. per tot. Besold. de success. & Elect. lib. 3. Disser. 4. numer. 11. Aruma ad A. B. Disc. 4. thes. 10, & seq.* Ius autem illud, agnatus proximus, sine facto suo haud amittit. Quod enim quis ex lege habet, id ei per testatorem adimi aut interverti nequit: voluntas quippe testatoris servanda quidem in his, quæ ex dispositione ipsius testatoris absque juris necessitate veniunt; in iis vero, quæ ex legis provisione necessaria descendunt, si quid contra illam disposuit, minime optemperandum. *Ias. in l. nemo potest, 55. lec, 2. num. 33. de leg. 1. arg. l. 1. C. de usuf. l scire c. vt in possess. lega. nom. l. hoc modo 63. l. cum tale 71. §. si arbit. de cond. & demonst.* Denique tutela hæc ex constitutione Caroli IV. Iurispublici est, cui derogare testator nequit. *argum. l. cerdonem. de operibus libert.* Et verum hunc esse Aureæ Bullæ sensum, exemplis luculenter demonstratur: Ludovvici enim IV.

Electoris Palatini frater Fridericus, contra testamenti dispositionem, ejus filii Philippi tutelam Anno 1449. administravit. Item mortuo Ludovvico V. Electore 1583. Iohannes Casimirus eius frater, non attentâ dispositione testamentariâ, tutelam Friderici IV. suscepit: quare contra actus hosce, etiam judicio contradictorio confirmatos, hodie pronuntiare, haud æquũ videtur: cum quod olim justum, id & hodie sit. Ac non leve stabilimentum Imperii, est hæcce Carolina sanctio: si enim Electores, filiis suis quoscunque vellent, etiam exteros dare possent tutores; in arcanâ vireſque Imperii, ac ipsius Electoratus, periculose inquirendi, exteris spectata præberetur occasio. Seniori igitur fratrum tutelam Carolus detulit, quod hunc successionis spes & emolumentum, ad tutelam bona fide & diligentia administrandam, invitare possit. *Vid. Arumæa. de Iur. Publ. vol 3. disc. 2. vol. 4. disc. 24. Vol. 1. disc. 31. thes. 1.*

9. Ro-

9. Romani olim experti, quæ damna Reipub. evenirent, si eadem minoribus committeretur; leges annales tulerunt, quibus ætas regnandi capax definiebatur: at inventis, quibus virtutis esset celerior cursus, quàm ætatis; dispensatione factâ Corvinum Scipionem Africanum, Titum Flaminium Octavium, Adolescentes adhuc, consules crearunt. Profecto id experimur, Magnatum liberos, citius fere cæteris sapere; tum quod Deus, benignitate in genus humanum, iis, quibus populum suum committit, plus gratiæ & virtutis conferre solet: tum etiam quod eorum educationi & institutioni plus curæ impendatur: adeo vt defectum ætatis, conversatio continua cum doctis sapientibusque viris suppleat, judiciumque maturet vti diserte explicat. *Pierre Matthieu en remarques d'Estat sur la vie & les services de Monsieur de Villeroy pag. m. 452.* cuius non possum hic non addere verba: *c'est vn grand bonheur à ceux, qui ont la communiçation*

nication facile, & la conversation familiere auec ces habiles hommes, qui esleuez sur les plus hautes spheres de Gouvernement, voyent plustost que les autres l'orage & la serenité, jugent de loin les evenemens, cognoissent la source, la suite, & les consequences des affaires : Car comme on se hale au soleil & on parfume dans les odeurs sans peine, ils forment leur jugemẽt à toutes sortes de resolutiõs. Imo Regni Aristocratiæque arcanum est, vt filii Regii & Patricii bonis artibus imbuantur ; cæterisque vt dignitate, ita scientia militari & togatâ præstent. Hoc consilio Cæsar Octavium ad Imperandum exercuit, omniaque docuit, quæ convenire videbantur ei, qui summum Imperium accepturus erat. *Dion lib. 45.* Et Tacitus de Druso Tiberii filio inquit : nec multo post Drusus in Illyricum missus est, vt suesceret militiæ, studiaque exercitus pararet. Accuratissimam apud Persas institutionem eorum, qui in spem Regni educabantur vide apud Mon-

Montaign *en ses. essais liu. 1. Chap. 24 & seq.* quæ cum summa subditorum querela & Reipub. damno, sæpissime negligitur. *Comina, hist l. 2. c. 6 in fin.*

De Rege Bohemiæ.

10. INter Electores Politicos primus dignitate Rex Bohemiæ; qui qui a Rex est, ac insimul S.R.I. Elector, merito cæteros sæculares, ac Reges, quacunque etiam dignitatis prærogativa fulgentes, in actibus ad Curiam Imperii spectantibus, antecedit; *A. B. tit 6. vbi Arumæus & Buxtorff* adeò, vt etiam Imperatrici eâ in re præferatur. *A. B. tit. 22 Sixt de Regul lib. 1. cap. 4. num. 20.* Sunt qui asserant, Regem Bohemiæ olim tantum votum in casu discordiæ Electorum habuisse; sed quidquid olim fuerit, hodie expeditum est, ipsi tertium in electione competere votum. *A. B. tit. 3. §.* Zum dritten *Reinck. 1. c. class. 4 c 1. num. 33. Arum. ad A. B. Disc 5 th. 2. Buxt. ad A. B conc. 49.*

11. Bohemia hodie Imperio subest, Ger-

Germaniæque portio facta est ab Henrico Aucupe Imperatore, qui eam tributariam fecit. *Peucer. in Chron lib. 4. in Henri. Aucupe.* Et quamvis Bohemiæ Rex Imperii status non sit; *Arumæ. de Comit. cap 4.* pro subdito tamen Imperii habetur: ac non solum fidelitatem, sed & obedientiam Imperatori ac Imperio jurat: vti apparet ex juramento fidelitatis, à Rege Vladislao, Friderico. Imp. præstito, dem Käyser vnnd dem Reich/ getrew/ gehorsamb vnd gewertig zu sein/ den Käyser vor seinen Rechten natürlichen Herrn zu halten/ zu dienen/ &c. *quod refertur in pratens. Deduct. Bohem.* in den Beylagen *p. 54.* Subjectionis etiam clarum exemplum est Aurea Bulla, quæ multa privilegia, jura ac immunitates Bohemiæ impertitur; quarum concessio vana esset, si ea sui juris, neminemque nisi Deum superiorem agnosceret. Vid. Reinck. *t. class. 4 c. 3 nu. 38. & seq.* Privilegiorum autem concessio in eo, cui concedūtur, subjectionem arguit.

Carol.

Carol. Tup in rubr. de constit. Princip. cap. 4, n. 30 Mart. Neapolit. de Iurisd. p. 1. c. 33 nu. 8. resp 1. in causa Finar. n. 14. Ioh. Maria Rimin. cons. 268. n 41. l. 2. Regnum Bohemiæ feudum quoque imperii est. A. B. tit. 24. §. dann wann andere Fürstenthumb Reinck. 1. class. 4. c. 3. n 46 Aruma. de Comit. c. 2. n. 41. id apparet ex investitura Friderici imperatoris, Ottocaro Regi Bohemiæ facta; quæ extat in Actis Publ. Londorpii l. 2. c. 9. ubi inter alia, hæc verba leguntur: wir wollen auch daß ein jeder der zum Böhmischen König also erwehlet wird/ zu vns vnd vnsern Nachfolgeren den Röm. Käys vnnd Königen kommen/ seine Lehen vnnd Regalien von vns/ vnd vnseren nachfolgeren schüldiger gewonlicher weisse empfangen solle / ꝛc. Non tamen Rex Bohemiæ investituram ac Regalia suscipere tenetur, nisi in metis regni sui. Lymna de Iur. Publ. lib 3. c. 8. n. 26. & l. 4. c 7. nu. 22. Bohemi etiam, ad externum tribunal, vocari nequeunt.

A. B. cap. 8. Buxtorff. ad A. B. concluſ. 88.

11. Status Regni Bohemiæ, in eo præ aliis imperii ſubditis mediatis, maxime privilegiati ſunt; quod regno vacante, regnicolis, fas ſit novum eligere regem: quod ita non eſt intelligendum, quaſi mortuo Rege, neglectis proximis agnatis, regnicolæ alium ſubſtituere poſſint (de quo ſuperioribus annis acriter diſputatum fuit inter Ferdinandum II. piiſſimæ memoriæ & Bohemos) ſed demum Regia ſtirpe extincta, A. B. *c.* 7. §. 3. ubi cum Carolus IV. de *vacatione* Electoratuum ac Principatuum dixiſſet, ut ſcilicet illo caſu ad imperium ac Imperatorem devolverentur, ſtatim ſubjungit, ſalvis ſemper privilegiis, juribus & conſuetudinibus regni Bohemiæ ſuper Electione Regis in caſu *Vacationis*, &c. vide *Lymn l. 3. cap. 8. num 30. Buxtorff. ad A B. concluſ. 87. Londorp Act. publ. tom. 1. lib. 4 cap. 88. & ſeq & tom. 2. l. 3. pag. 647.* Bedencken

cken wegen deß Königreichs Böhmen/ ob daſſelbig Erblich / oder ein wahl Königreich ſeye?

13. Rege pupillo exiſtente, Status Regni tutelam Regis gerunt: accum Sigiſmundus Poloniæ Rex, vigore Aureæ Bullæ (quæ proximo agnato tutelam defert) Ludovvici Hungariæ & Bohemiæ Regis tutelam prætenderet; in Coronatione Caroli V. ſtatus Regni ſe ei acriter oppoſuerunt, ac aſſerverunt ſe ex privilegio ipſis ante A. B. conceſſo, habere, ut Rege pupillo exiſtente, ipſi ſint tutores. *Rumel. ad A. B. diſſ. 7. theſ 3. Goldaſt. in* Politiſchen Reichs händ. *part. 1 c. 5. p. 29.*

De Electore Bavariæ.

14. Hanc Electoralem dignitatem, Ferdinandus II. felicisſimæ memoriæ, recum reliquis Electoribus communicata, Pontifice item Maximo, ac reliquis Electoribus ratificantibus, cum omnibus annexis juribus

& ditionibus, utpote ob præscriptionem Friderici; proximioribus agnatis exclusis, ad S. Cæsaream Majestatem, vigore juris communis feudalis, Aureæ Bullæ & constitutionum Imperii devolutam, ex certâ scientiâ, & motu proprio, ob innumera præclarè & gloriosè de sua Majestate, Romano Imperio, & Catholica republica merita, oblata investiturâ; more majorum collata, Maximiliano hodierno Serenissimo Bavariæ Duci reddidit: ut veluti postliminio hæc dignitas in eum statum ac locum, à quo vi & injuria Palatinorum, trecentos fere exulaverat annos, reversa sit. Ius enim Electionis ac Archidapiferiæ, Ducibus Bavariæ ut Bavariæ Ducibus, non ut Comitibus Palatinis olim & semper competiit: lite enim orta inter Ottocarum Bohemiæ Regem (qui partem Austriæ olim Bavariæ conjunctam detinebat) Henricũ Bav. Ducem, & Ludovvicum Palatinum Rheni, Electoratusve Ducatui Bavariæ,

riæ, an vero Palatinatui Rheni esset annexus? Imperator Rudolphus & Principes Imperii, publicis Augustæ habitis Comitiis, auditisque partibus, ac eorum cognitis juribus, publicis litteris, quas præbet Gevvold. *de Septemvir. pag.* 212. testati sunt, Ducibus Bavariæ jus eligendi Rom. Regem, ratione Ducatus Bavariæ, etiam ex antiquo competere. Primus autem Electoratum à Bavaria in Palatinatum transtulit Carolus IV. Imp. de jure & succeff. Elect. Palat. quod refert *Gevvold. in Septemv. p.* 227. Hic enim, cum Ludovvico IV. Imperatori, ac Bavariæ Duci, Anno Christi 1324. Imperium eripere frustra niteretur, ac eo mortuo strenua Rudolphi Palatini operâ (qui tum ex pacto, inter Ludovvici Bavariæ Ducis ac Imperatoris, & Rudolphi Palatini Comitis filios inito, Elector erat) id consecutus esset; Palatinorum partibus magis, quam Bavariæ Ducum favit: ac cùm mortuo Rudolpho Comite Pala-

tino, Rupertus frater ei succeſſiſſet, ſibiq; Electoratum tanquam Palatinatui annexum, primus aſſereret; Carolus IV. favore in Rupertum, Electoratum Palatinatui annexum eſſe, Norimbergæ decrevit: à quo tempore Comites Palatini Electoratum, uſque ad Maximilianum Hodiernum Sereniſs. Bavariæ Ducem, detinuerunt. *Nicol Burgund. in Elect Bavar.* Hic Mateneſius dicit *lib. 2. de elect. Ferdin. II. p. 64.* Fundamenta Bavarica ejuſmodi eſſe; ut etiam hoſtes Bavarici juris, dummodo ratiocinari & natura & arte didicerint, in ſuam ſententiam pertrahere queant; adeò antiquitate majeſtate, veritate irrefragabiliter ſolidari. *Vid.* Chur Bäyriſchs Manifeſt *in Act. publ. tom 4. in fin.*

15. Quamvis olim ſubditis Electorum Bavariæ licuerit appellare, ſi ſumma 1000. aureos excederet; hodie tamen ab Electorum ſententiis, non datur appellatio ulla. Quod privilegium Maximilianus modernus Sere-

Sereniss. Bavariæ Elector, ab Imper. Ferd. II. piissimæ mem. recuperavit.

16 Hic quoque Elector in civilibus & pecuniariis causis, Imperatoris ut Imperatoris judex est: ita tamen ut in curia Imperatoris, ubi ipsemet præsens extiterit, judicium instituatur, & de causa cognoscatur. *A. B. tit. 5. §. fin. Thom. Michael. de Iurisd. conclus 131. Heig. p. 1. quæst 4. num. 8.* In propriis ergo Cæsaris causis, non vero aliorum negotiis & gravaminibus, judex erit Elector: Majestati enim Cæsareæ contrarium foret, Cæsarem ad cujusvis placitum, coram inferiore, eorum quæ decrevit rationem reddere, cogi. *Arum. ad A. B. disc. 3. thes. 45.* Quod quondam Calviniani ex A. B. astruere nisi sunt, ac omnes causas & gravamina ab Imp. ad Palatinum suum trahere, & vim imperii in eum transferre, relicta Imperatori larva. Convenitur autem Imperator coram hoc electore, non ut superiore, aut æquali, sed quia ipse

depositâ quodammodo Majestate Imperatoria, cognitioni inferioris se submittit: non enim necesse est, judicem semper esse superiorem; quia receptum est, eoque jure utimur, ut si quis major vel æqualis subjiciat se alterius jurisdictioni, sei & adversus eum, jus dici possit. *Vlpianus in l. 14 ff. de iurisd. l si quis in conscribendo C. de pactis.* Sic in Anglia, si Regi cum alio lis sit, Iustitia Magna cognoscit, *Bod. de repub. l. 1. cap. 8.* Et Galliæ rex judicio curiæ Parisiorum subjacet: cui exemplo illud sit, quod ex hortis deliciarum, Rex ipse Curionsi decimam exsolvere damnatus sit judicio Curiæ Parisiorum Anno 1 *66* cum vero Rex alius, negligentia procuratoris vadimonium deserviſſet, petiit ordinario diplomate, ut integrum restitueretur; Curia Parisiorum Regem de rogatione depulit. An. 1219. *Bod de republ. lib 1. c. 8. pag. 163* Videtur autem privilegium hoc à veteri Palatina Comitiva derivari: sicut olim in Aula Regia

gia sive prætorio, præfectus illius, suprema & absoluta fere in omnes jurisdictione pollebat, ita & Rex ipse sive Cæsar, si ab aliquo se conveniri pateretur, coram hoc se sistere non dedignabatur. Consentit Arumæ. *ad A. B. alleg. loco.*

De Electore Saxoniæ.

17. Hæc septemviralis præeminentia in quinque hactenus stetit familiis. I. fuit Hermanni Billingi; cui Ducatum Saxoniæ Otto M. Imper. primum ceu legato gubernandum, deinde tanquam peculium possidendum, & inde ad hæredes transitorium, dederat. II. Fuit Comitum Supplenburgensium, in unico Lothario, qui quod Henrico V. Imp. adversus ejus patrem adhæserat; universam Saxoniam in præmium consecutus est. III. Ducum Bavariæ: Lotharius enim Imperator factus, eam genero suo *Henrico superbo* Duci Bavariæ, una cum Dominiis Brunsvviga & Luneburgo, concessit.

IV. Aſcaniæ Principum & Anhaltinorum: quippe *Henricus Leo*, *ſuperbi* filius, potentiſſimus Princeps, cum rebus multis fortiſſime geſtis, tandem à Frid. I. Imp. ſuo amitino, deficeret; & in Comitiis Herbipolenſibus, ad cauſam dicendam citatus, non compareret; proſcriptus, imprimis Bavariam & Saxoniam amiſit; quarum illa Ottoni Palatino Seniori à VVittelsbach, hæc Bernardo Comiti Aſcaniæ ſive Anhaltino Alberti filio, data eſt. V. Familia Electorum Saxoniæ, eſt Illuſtriſſimorum Marchionum Miſniæ & Thuringiæ: cui Sigiſmundus Imp. Caroli IV. filius, hanc Electoralem dignitatem non obſtante contradictione Erici Saxoniæ Ducis, contulit: penes quam, jam illa dignitas, à 200. annis perdurat *Gevvold. de ſeptemv. p. 237 Beſold. in Synopſ. hiſt. p. 470* quam tranſlationem defendit, *Lymn. 3. cap. 10. num. 2. & ſeq. Knich. de Sax non prov. inr.*

18. Hic Elector eſt Imperii Archi-Mare-

Mareschallus: ac quintum in electione obtinet votum *A. B. tit.* 4. §. 3. Habet & privilegium de non appellando: *A. B tit.* 11. quod & Ducibus Saxoniæ, qui non sunt Electores, competere putat. Knichen *de Saxon. non provoc. Iur. cap.* 3. *verb. Ius. numer.* 39. Ad nullitatis tamen querelam, hoc ipsum non rectè extendi posse videtur; cum appellatio & nullitas, diversa ac separata sint juris remedia: *Paurmeist de iurisd. lib.* 2. *cap* 4 *numer.* 146. *Reinck.* 1. *class.* 4. *cap.* 6. *num.* 3. nec ad casum denegatæ vel protractæ justitiæ, ac publicæ violatæ pacis. *Mynsc. cent.* 1. *obs.* 64. *& cent.* 5. *obs.* 58. *Hunn. in Encycloped. Iuris part.* 1. *tit.* 1. *c.* 1. *n.* 19.

De Electore Brandeburgensi.

22. Septemviratus hicce Brandeburgicus sex habuit familias. I. fuit VVettinensium Comitum. II. Comitum Stadensium quæ, in Rudolpho hujus nominis. II. Fatis concedente, extincta est, III. Comitum Ascaniæ

& Principum Anhaltinorum. IV. Ducum Bavariæ. V. Lucemburgensium Comitum. VI. Comitum Zolerensium & Burggraviorum Norimbergensium: qui eum à Sigismundo Imp. in feudum acceperunt, *A. C.* 1417. quorum familia, eum adhuc tuetur. *Gevvold. in Septemv. pag.* 237. *Lymn.* 3. *cap.* 11. Huic Electori convenit Archicamerariatus dignitas, ac sextum in Electione votum. *A.B. cap.* 4. In processionibus Imperialibus defert Sceptrum, consistens à latere sinistro Ducis Saxoniæ: ac in curia solemni Imperatori aquam in aurea pelui, 12. mercatum, manibus abluendis cum manutergio porrigit. *A. B. cap*, 22. 26. 27. §. 3. Gaudet & privilegio de non appellando, quod non ita dudum recuperavit. *Heig l* 1. *quæst.* 4. *num.* 32. confirmatum à Rudolpho II. Anno 1586. & Carolo IV. in A.B.

CAPUT

CAPUT VIII.

De cœteris Imperii Principibus ſæcularibus.

1. ELectores Imperii ſequuntur Archiduces, Duces, Marchiones, Landgravii, Comites Palatini. Burggravii, Comites, Barones.

2. Archiducum nomen non tantum in Germania uſurpatur; ſed etiam nulli alii convenit, quam Auſtriacæ familiæ. *Chaſſana. de glor. mund. p. 5. conſid 44.* Fuerunt olim Archiduces ab Henrico, Friderici I. Imp. filio, Regia dignitate ornati, quam Fridericus II. Imp. non ſolum confirmavit, ſed & auxit. *VVurff'bain. in relat. hiſt. pag. 24 in proœm.* Albertus I. ab Imperat. Rudolpho I. patre ſuo, primus ſub titulo Archiducatus, Auſtriam, (cum ea legitimo hærede deſtitueretur) accepit: per quem tota illa ampliſſima Archiducum familia, propagata eſt. *Cromer. hiſt. Polon. lib. 9. in fin.*

fin. Aubert. Myræus de reb. Bohem. cap. 15. Paurmeist. de Iurisd. lib. 2. cap. 9. num. 3. Austriacæ vero familiæ insignia sunt privilegia. I. Reges non Majestatis, sed Serenitatis titulo compellant. *Lymnæ. l. 5. c. 2. nu. 28.* II. Eorum subditi nequeunt ad extranea trahi judicia. *Arumæ. de I. P. tom 1. disc. 18* III. Contra eos committitur crimen læsæ Majestatis, *per ea quæ tradit Sixtin. de regal lib. 2. cap. 20 numer. 20.* IV. In suis ditionibus nova erigunt vectigalia, quod nulli Principi in Imperio concessum: item Nobiles ac Barones creant; qui ubique pro talibus habentur, Fritz *de nobil. concl. 8.* quod privilegium verbo tenus refert Munster *in Cosmograph. lib. 3 c. 399* V. Non tenentur investituram extra provinciam petere; item tecto capite ac insidentes equo ein Ertzhertzog zu Oesterreich / so ihm seine lehen geliehen wird / soll er sie empfahen / bekleidet mit einem Fürstenlichen gewand / vnter seinem Ertzhertzog Hut-

lein / auff seinem Pferde sitzend. *Munster. in Cosmograph. d. l. in privil. Archid.*

3. Archiduces sequuntur Duces, ita appellati à Ducendo, id est, regendo & gubernando exercitum, cui olim præerant. *Vult 1. fol. 4. num. 14.* Germanicè Hertzog / quasi Dominus & Dux exercitus ein Herr deß Zeuges. Olim Ducum, Marchionum, Comitum, &c. nomina non fuerunt hæreditaria; sed tantum officiorum quæ primum Henrici Aucupis & Ottonum tempore, cum jurisdictione, facta sunt hæreditaria *Erneſt. Cothman. 4. conſ. 3. numer. 3. Matth. Steph. de Iuriſd. lib. 2. part. 1 cap. 4. numer. 7. Paurmeiſt. de Iuriſd. lib. 2. cap. 11 nu. 7. Lehem, Chronic. Spirenſ. lib 4. cap. 1.* Hodie vero ille proprie Dux dicitur, qui de Ducatu, à supremo Principe est investitus; *Pet de Andlo. lib 2. c. 12. Erneſt. Cothm. conſ. 1. num. 178. vol. 5.* & hoc casu persona, à re sumit statum, postquam ex concessione & aequisi-

quisitione Ducatus fit Dux. *Reinck. de reg sac. l. class. 4. cap 12. num. 5.* Duo autem requirimus ad hoc ut ex feudo quis Ducalem seu Regalem consequatur dignitatem, I. ut id, ab Imperatore, vel alio superiorem non recognoscente conferatur, *Rosenthal. de feud. cap. 2. concluss. 1. num. 3. Andr. Knich. de Iur. territ. cap. 1. num. 306. & cap. 3. num. 110.* II. ut cum regali dignitate conferatur illud feudum qualis est Electoratus, Ducatus, Comitatus. *Rosenthal. d. concl 1. numer. 3. Montan. in usib. feud. cap. 6. Schrader de feud. p. 2. cap. 3. num. 3.* Et hæc duo copulative requiruntur; multi enim ab Imperatore ampla recognoscunt feuda, castra, pagos, &c. utpote Nobiles & alii immediati Imperatores Vasalli, qui tamen regalem dignitatem non habent, quia absque titulo regalis dignationis conceduntur ista feuda, & dicuntur feuda Iurisdictionis. *cap 1 in 2. parte illius tex. quis dicat. Dux, Marchio, &c. Nicol. Everhar. Iun. cons. 41. num. 22.*

num. 22. vol. 1. Cum dignitate vero regali ab Imperatore investiti, omne jus in terris ad hoc feudum spectantibus habent, quod summus princeps in suo principatu, iis exceptis quæ in signum præeminentiæ illi reservantur, *Schrader. allegat. loco num. 4.* Investiuntur autem hodie Duces, Marchiones, Comites, tam Ecclesiastici, quam sæculares, per ensem, ita ut Vasallus præstito jure jurando fidelitatis, cui insertum subjectionis juramentum, capulum ensis apprehendat, & extremum ejus conum osculetur. Et ita anno 1613. in Comitiis Ratisbonensibus, Iohan. Suicardus Moguntinus Elector, Lotharius Trevirensis, Ferdinandus Archiepiscopus Colonienſis, & plures alii de Regalibus investiti sunt: uti ocularis testis asserit Magnif. D. Christoph. VVintzler. *in tract. de Iurisd. Episc. German. tit. 25. in fin.* Est tamen differentia in investitura, inter Principatus & Comitatus; quod illi ab ipso Imperatore; hi vero

per

per Senatum Aulicum, Reichshoffraht conferantur. *VVaremund. ab Ehrenberg lib. 2. de fœderib. cap. 1. n. 164. Reinck, de reg. sac. 1. class. 4. c 16. n 19.*

4. Sunt etiam Principes Regali dignitate fulgentes, qui Marchiones dicuntur, vulgo Marckgraffen / ex eo dicti quod finibus Imperii tuendis præfecti sunt, in iisque Iurisdictionem exerceant. *Lymnæ. de iur. Publ lib. 4. cap. 4. Cluten. in syllog. rer. quotidian. conclus. 28. lit. f.* Marck enim Germanicè dicitur limes, inde Marckstein / &c. Graff vero aut Gräve / judicem significat; *D. Besold. dissert. de Comit. & Baron. Imp Rom numer. 4.* ut hic Coloniæ Gräff vnd Scheffen / pro judice & Assessoribus sumuntur. Hinc & Marckrichter / oder Gräntzfürsten / olim dicebantur. *Matth. Steph. de Iurisd. lib. 2. part. 1 cap. 6. num. 85.* Henricum vero Aucupem, primum Marchiones ubique constituisse ad tuendos fines, scribit Crantz. *rer. VVandal. lib. 3. cap. 6.* Henricus enim

enim I. Saxonum Dux Auceps à venandi frequentia dictus, expugnato Brandeburgo seu Brenni arce Henetorum vrbe primaria, collocavit in ea Marchionem, qui fines Imperii contra vicinos Henetos defenderet; sic & in Misnia & Lusatia Marchiones contra Bohemos, Danos, creavit, quod ante fecerat Carol. M. in Austria contra Sarmatas, Polonos & Vngaros. *Dresser. in vita Henr. Aucup.* Quamvis plures postmodum etiam Marchionis titulum, qui in mediterraneis regionibus præerant, consecuti sint, nulla habita limitum ratione: ut & aliæ consimiles dignitates à primæva significatione degenerarunt. *Latius in Commenta* Reip. Rom. *l. 1. c. 2. Matt. Steph. lib. 2 part. 1. c. 16. Heig. Illust. quæst. 2. n 55.* Marchiones vero proprie ii hodie appellantur, qui de Marchia cum Regali dignitate investiti, vel eam proprio jure possident. *Fritz apud. Aruma. de I. P. tom. 1 disc. 16, & tom. 3. Buxtorff. dis. 10. n. 16. Reinck. 1. classs. 4. c. 13.*

5. Land-

5. Landgravii quoque, Principes Imperii, Fürſten deß Reichs appellantur. Et licet Landgravii, Marchiones, ex Comitum genere ſint; hodie tamen his ſuperiores ſunt, ac in ſerie Principum collocantur; *Heig. Illuſtr. queſt. 2. nu. 55. p. 1. Ruland. de commiſſ. p. 2. lib. 5. cap 4. num. 26.* cum Landgraviatus dignitas non minor ſit quam Ducatus. *Sixtin, de regal. 1. c. 5. num. 119.* Dicuntur autem hodie Landgravii ii proprie die mit einem Fürſtenthum / ſo eine Landgraffſchafft genant wird / belehnet werden / der dieſelbe ſub qualitate Principali beſitzet. *Reinck. claſſ. 4. cap 13. numer. 27.* Tales in imperio ſunt, Landgravius Thuringiæ, Haſſiæ, Alſatiæ & Leuchtenburgenſis. Ii vero, qui ratione certarum ditionum, titulum Landgravii obtinent, nec ſub qualitate Principatus eas habent, non Principes, ſed Comites vel Barones dicuntur. Sic Comites de Pappenheim, ſcribunt ſe Landgravios zu Stüllingen; Comi-

tes

tes Sultzenses, Landgravios in Glectawe Comites de Fürstenberg/ Landgraffen in Bare. dicuntur autem Landgravii quasi judices provinciarum mediterranearum, ad differentiam Marchionum, *Buxtorff cit loc.*

6. Principum quoque ordini inseruntur Comites Palatini (Pfaltz-Graffen) olim Palatii Cæsaris Iudices, sive præfecti; Richter deß Käysers: oder Königlichen Hoffs. *Borcholt. de feud. cap. 5 num. 34. Rudinger. obs. cent. 4. obs 4* Pfaltz enim, sive ex vetusta dialecto Pfallentz; idem quod palatium, vel curia Regalis sonat. Sic Curia Argentinensis, & hodie die Pfaltz indigitatur. *D. Besold. dissert. de Comit. & Baron. Imp. §. 8.* Comites vero Palatini dicuntur, qui de Principatu sive regione ea, quæ in Palatinatum zu einer Pfaltzgraffschafft erecta est, investiti sunt. *Sixtin de regal. lib. 1. cap. 4. num 104. Reinck 1. class 4 c. 13 n. 34.* Dicuntur & Comites Palatini, qui specialiter hoc titulo à Cæsarea

laurea Majestate donantur, & jus tale exercent, quod ad Regalia etiam majora spectat, utpote dandi veniam ætatis, legitimandi, Nobiles, Doctores, & Magistros creandi, insignia concedendi, Laurea Poëtica aliquem donandi, Notarios creandi cum similibus. Quorum tamen multi sua potestate abutuntur; ac præsertim in notariorum creatione, ad quod officium sæpe creantur, qui nullam jutis civilis cognitionem habent. Et hi, sunt veluti pica & psittacus Gallus, qui stant in Palatiis Dominorum & loquuntur sine intellectu, *Rom. singul. 52. num 2.* an ii qui 20. annis in Academiis jus civile docuerunt, Comitis Palatini titulum sibi asserere queant, *disputat.* Arumæ. *d. l. Publ. tom 2. disc. 4.*

7. Similiter inter Principes numerantur & Burggravii, Burggraffen; qui olim præfecti, sive Iudices erant certi alicujus præsidii atque arcis, einer Vestung deß Reichs. *D. Besold. dissert. de Comit. & Baron. Imp.* §. 11.

talis

talis est Burggraviatus Norimbergensis, qui ad Electores Brandeburgenses pertinet; Magdeburgensis, qui est Saxoniæ Electoris, & alii.

8. Comitum, dignitas & appellatio antiquissima est; eorum originem, dignitatem & officium à Germanis primitus promanasse, ex Zasio, Rutg. Rulando & Cluve *in Germ. antiq* refert & sequitur D. Besold. *in dissert. de Comit. & Baron. Imper.* §. 1. stabiliendæ sententiæ suæ, omnes illum Taciti locum *de morib. Germ.* adducunt, ubi ita scribit: Eliguntur in iisdem consiliis & Principes, qui jura per pagos, vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe Comites, consilium simul & authoritas adsunt. Latina autem vox Comitis à comitando & sequendo descendit. *l. item apud Labeonem. §. comitem ff. de iniur. Paurmeist. 2. de Iurisd. cap. 10 num. 1.* Apud Roman enim illi, qui Principem sectabantur, ejusque lateri adhærebant, Comites dicebantur; qui Principem

tanto

tanto numero comitabantur, ut ipsa Principis residentia sive Aula, Comitatus cœperit appellari. *Marquard. Freher. Orig Palat. cap. 1. princ.* Postea ex horum numero adsumebantur, qui ad Provincias regendas mitterentur: & Comites quidem illi, non tam Principis (à quo aberant) sed Provinciæ dicebantur, quam ipsi cum Comitiva dignitate gubernabant. *D. Besold. Dissert. de Comit. & Baron. Imp.* §. 2. Nostris Moribus ille proprie Comes Imperii dicitur, qui Comitatum cum sublimi territorii jure ab Imperatore, vel alio superiorem non recognoscente, in feudum vel allodium accepit. *Iohan. Goed. in respons. iur. de restit.* vel tempore immemoriali illud jus quæsivit: quorum ex numero sunt Comites ab Oettingen & Zolleren *Paurmeist. de Iurisd. lib. 2. cap. 10 numer. 15.* Quamvis multi sint Comites, qui de Comitatu non sunt investiti, sed à Castris quæ possident longo temporis usu, denominationis istius titulos contra-

contraxerunt. *Pet. de Andl. de Imper. Rom. lib 2. cap 12. Confer. Nicol. Everhard. Iun. 1. conſ. 41. nu 32.* Sunt autem Comites hodie in quadruplici fere differentia; quidam dicuntur **Reichs Graffen**; quidam propter conceſſæ dignitatis prærogativam, **Fürſtliche vnd gefürſtete Graffen** appellantur; alii præter Comitis appellationem vocantur **Edle Herzn**; alii denique ſunt, qui ſub Inferiorum Principum **Lands Fürſtlicher Obrigkeit**/ ſeu juriſdictione ſunt; & hi, quamvis Status Imperii regulariter non ſint, Regalem tamen dignitatem habent, ſive per inferiorum ſub infeudationem, ad aliquem pervenerint: & mediate ab ipſo ſummo Principe ejuſmodi feuda conſequuntur, ac Regalem dignitatem, quæ iis feudis adhæſit, tanquam à ſummo Principe profectam, requirunt: *Purckman. ad vnb. qua ſint Regal. cap. 4. num. 37. Nicol. Everhard. Iun. Conſ. 41. num. 85. 87.* ubi hoc firmat exemplo Ducatus

VVirtembergici, qui est feudum Domus Austriacæ; Regalia verò, quorum intuitu Dux est status Imperii, ab Imp. recognoscit, & habet. Si vero ejusmodi infeudatio, de feudo regalem dignitatem annexam habente, in privatum aliquem fiat ab inferiore Principe, qui jus creandi Comites, Barones & nobiles, non habeat; Princeps, cum Comitem non faceret, neque regalem dignitatem transferret; sed talis vocaretur & collocaretur ut possessor als Einhaber der Herrschafft: R. A. zu Erffurt. de An. 1567. § Es sollen auch wie auff etlichen Reichstägen. nisi alias esset Comes, ac regali dignitate præfulgeret: requiritur ergo ut talis subinfeudatio fiat in personam illustrem. *Pruckm. cons. 27. n. 20. Zachar. Vietor de exempt. concl. 28. D. Besold. Polit. de Iur. Ord. Civ. 1, diss. 2. c. 10 n. 4.*

9 Regali quoq; dignitate ornantur in Imperio Barones? cujus vocis Etyma obscura & ridicula à variis adferuntur scriptoribus; Germanicè dicuntur

Frey-

Freyherren / ex quibus dicuntur aliqui Semperfreyen. Sunt autem Barones, qui vel de Baronia cum Baronali & Regali dignitate investiti à supremo Principe, vel citra Baroniam, hac dignitate sunt ornati. *Reinck. 1. class. 4. cap. 15. n. 18.* Barones vero qui status imperii sunt, sessionemque ac votum in Comitiis habent; ex usu Germaniæ Comitibus imperii comparantur. *Schrader. de feud. p. 10. sect. 1. nu 20. Sixt. de regal. lib 1. cap. 4. nu. 37. Buxtorff. ad A. B. concl. 68. in fin. D. Besold. dissert de Comit. & Baron. Imp. §. 20. Reinck. d. l. n. 38. Otto de Iur. Publ. pag. m. 232.* Quamvis in ordine regulariter Comites sequantur.

CAPUT IX.

De Liberis Imperii Civitatibus.

1. INter status imperii, collocantur & liberæ imperii civitates: inde dictæ, non quod prorsus ab obedientia Imperatoris, sed reliquorum Ordinum jurisdictione ac potestate pla-

ne sunt exemptæ. Hinc & in textu nobilia Imperii Romani membra, in diplomatis & privilegiis appellantur; *Sixt. de regal. lib.* 1. *cap.* 4 *num* 80 *Ioh. Dauth. Iun. Miscel quæst. thes* 3. *fund.* 1. Fulcra item & columnæ imperii, *Ant. Bertram apud Aruma. disc.* 9 *num.* 45. *vol.* 1. & imperio non minus, quam Principes, Prælati, Comites, &c. incorporatæ sunt. *Ruland. de commiss. lib.* 5. *parte* 2. *cap.* 4. *nu.* 38. *Ioh. Dauth. Iun. Miscel quæst thes.* 3. *fund* 1 Sessionem item ac votum in publicis Imperii Comitiis, non ut quidam volunt consultativum tantum, sed & decisivum habent. *D. Besold. in dissert. de Imp. Civitat. Aruma ad A. B. Disc.* 1. *thes.* 8. *Otto de Iur. Publ cap.* 13. *p* 338. *Buxtorff. ad. A. B. conclus.* 5. *lit d.* Quod satis apparet ex formula illa, qua ad Comitia vocantur: Mit vnnd neben allen anderen Ständen helffen handelen/ rahtschlagen vnd schliessen. Itidem ex iis quæ in pluribus decretis imperii, circa finem adponi solent:

vnd

vnd wir Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Graffen vnd Herrn/ vnnd deß Heil. Reichs freye vnd Reichsstätte/ Gesandten/ Bottschafften/ vnd Gewaltshaber hernach benant/ bekennen öffentliche mit diesem Abschied/ daß alle vnnd jede Puncten vnnd Articul mit vnserm guten wissen/ willen vnd Rath vorgenommen vnd beschlossen sein.

2. Sunt autem civitates imperii in duplici fere differentia; quædam enim dicuntur Käyserliche Reichsstätt/ inde dictæ, quod Germaniæ Reges vel Cæsares eas condiderunt, ac ab initio imperio addictæ fuerunt: in cujus rei testimonium, in ipsis plerumque insignium suorum scutis, vel Aquilam integram, vel aliquid ex Aquila habent; quas urbes Petrus de Andlo *lib. 1. c. 16.* nominat Civitates insignes: quædam vero Civitates dicuntur; freye Reichsstätt/ quæ olim Episcopis alii sque mediate paruerunt; eaque potestate liberatæ, ultrò sese imperiali juri, sed

cum quadam reservatione, subdiderunt. Ac ideò eas ferè majori libertate, privilegiorumque uberiori gaudere censent immunitate. verum quamvis inter liberas, ac Imperiales civitates, respectu privilegiorum, differentia sit; respectu tamen subjectionis, quæ eadem semper extitit, non differunt. *Arnold* Engelbrecht *in disquisitione in Iurisdictio Imp thes. 53.*

3. Civitates tam Imperiales quam liberæ, quia status appellatione veniunt; ac jus sessuræ & suffragii in Comitiis habent; jura superioritatis territorialis in suis districtibus & Civitatibus non minus, quam Principes, Comites &c. in suis ditionibus usurpant: *Gail. 2. obs. 57. nu 7. & l. 1. de Pac. publ. cap. 6 num 1 D. Besold. dissert de Imp. Civit. § 8. & tract. de Iurisd. q. 17. Thom. Michael de Iurisd. thes. 24 lit. g. Bocer. de Iurisd. cap. 8. num 81 & tract. de Collect. cap 4. num 24, Reinck. lib. 1. class 5. cap. 5 Lymna lib. 7. cap. 1. nu. 49. & seq.* Eo ipso enim, quod in numerum

rum Statuum imperii cooptatæ sunt, simul superioritatis jura acquisierunt. *Thom. Michael de Iurisd. conclus. 44. lit. g Ruland. de commiss. part. 2. lib. 5. cap 4. Scip. Gentil de Iurisd. lib. 3. c 22.* & hoc non à priori, cum Status dignitas sit, comitiis Imperii interesse, in iisque sessione ac voto gaudere; sed à posteriori, ut scilicet sublimem illam dignitatem ritè gerere, oneraq; commodius ferre queant. *Matth. Steph. de Iurisd. l 1. p. 1. c. 7. nu 13. & seq. Mager. de Advoc. Arm. cap. 6. nu 187. quem omnino vid.* Et licet jura personalia Principum non habeant, cum in ejusmodi civitatibus non sit Dux vel Princeps; *Ioach. Cluten. in syllog. thes. 27.* habent tamen jura realia sive territorialia; *D. Besold. dissertat. de Imperial. civit §. 9. & 11.* Ita ut in suo genere eadem jura habeant, quæ Principes in Principatibus: quod enim summum imperium in Principe est Landsfürstlich / in Comite Grafflich / id in civitatibus est Stattlich / uti relatum esse

esse in Camera, in causa Hirnheims contra Chur-Pfaltz/ testatur Meichsn. *tom. 2 lib. 1 decis. 8. num. 2. 3. D. Speidelius in notis elegantiss. ad A B in proœm. fol. 34. & seq. ut in Notabil Iurisd. Histor. Polst. verb.* Lands-Fürstliche Oberkeit nulla facta differentia inter Reichsstätt vnd freye Reichsstätte.

4 Nec superioritati territoriali Civitatum quicquam detrahit, quod ratione certorum quorundam Iurium, vel servitutum, certa lege, pacto vel conditione, subditæ alicui Principi sint, aut in iis Princeps Iura quædam singularia (merum puta imperium, vectigalia, salvum conductum, den Forst/ vel similia (ex præscriptione, vel conventione habere comperiatur; cum quidem certo pacto subdita fieri, superiorem que Statum aliquem Imperii Civitas recognoscere, extra pacta vero conventa plane sua libertate frui possit. *Gail. 2. obs. 54. n. 10. Reinek. l. 1 class. 4 cap. 20. n. 20.* Quam tamen ideo ex parte imperialem

perialem & Municipalem haud dixerim; quod duo illa contraria in uno eodemque subjecto esse nequeant: sic civitas Municipalis licet imperialibus decorata sit privilegiis, subjectionis labem ideo haud eluit: imperialisque civitas, utcunque certorum jurium respectu alium recognoscat principem, status tamen sui conditionem, haud amittit. Meichsnerus. *tom. 2. decis. Cam. 9. num. 19. in causa* Maintz & Erfurdt. *Gail. 2. obser. 54. numer. 10. Paurmeist. de Iurisd. lib. 2. cap. ult. numer. 10. & seq.*

5. In Civitate vero imperiali non cives singuli, imo ne quidem senatus vel consul (extra causam & civitatis negotiũ) sed in Aristocratico civitatis regimine universi Patritii, in Democratico vero, tota cõmunitas, imperii repræsentat ordinem: universitas enim à singulis diversa est, *gloss. in l. sicut §. si quid ff. quod cuiusque univ. nom. Roland à valle cons. 53. nu. 6. vol 3. confer And. Gail. de pign. cap. 6. num. 11.*

nec

nec civis totius universitatis & corporis honorem sibi arrogat Myndan. *de proceſſ. extrah l 1. cap. 31.* quippe qui in Aristocratia, à subdito Principis: in Democratia vero in nullo, nisi quod Magistratus sit capax, dicendæque sententiæ in tribu sua jus habeat, differt. Sic civibus Colonienſibus in Camera proceſſus supet Constit. Pacis Relig. Anno 1588. teste Friderico Mindano cit. loco sunt denegati. Extat ea de re votum apud Gilmannum in symphor. supplicat. *part. 1. tit. 3 fol. 173. num. 43. & seq.*

6. Inter Imperiales Civitates, quædam sunt principaliores, quæ in alias minores vicinas, jus aliquod directionis de earum consensu usurpant, quæ in publicis non facile ab iis recedunt, aut quicquam sine earum auctoritate decernunt. Sic Fridberga, Gelhusium, VVetzflaria, diriguntur & dependent à Francofurtensibus: Vandalicæ Civitates, & ad mare Balthicum sitæ, à Lubeca: adeo ut & jure muni-

municipali, & ſtatutis cum Lubecenſibus utantur. *Matth. Steph. de Iuriſd. l. 2 p. 2. c. 7.* Inter has civitates principaliores, quædam dicuntur die außſchreibende Stätte / in quarum numero in ſuperiori Germania ſunt, Argentoratum, Norimberga, Francofurtum, & Vlma: quæ quandoque univerſorum, quandoque ſingulorum cauſas, negotia, ſollicitationes, ſuſcipiunt. *Reinck. 1. claſſ. 4. cap. 20. num. 36.*

CAPUT X.

De Imperii Civibus immediatis, qui non ſunt Status Imperii.

1. SVnt & præterea in Imperio Romano-Germanico Cives immediati, qui nullum Imperii Principem, aut Statum pro ſuperiore agnoſcunt; nec illorum Principum, in quorum territoriis habitant, Landſaſſii ſunt; ſed ſolum Imperatorem ſuperiorem habent. *D. Beſold. diſc de Ord. Equeſt. §. 5. Reinck. de Regim. ſac. 1. claſſ. 5. c. 10.*

c. 10. num. 1. Lymna. de iur. Publ. 6. c. 3. num. 3 quales sunt die freyen Reichs von Adel/ die freye Ritterschafft/ die ohngemittelte/ gefreyte Ritterschaft. Et hi, licet à Principibus, aliisque Statibus imperii Feuda habeant; coram iis tamen non comparere solent, nisi causarum feudalium ratione: in cæteris Iudices singulares habent; puta vel imperialia Dicasteria, vel Austregarum *Matth. Steph, lib. 2. de Iurisd. c. 7. pag. 1. num. 177. & n. 181. Nicol. Everhard. Iun. cons. 41. vol. 1. nu. 83. 87. D. Besold. disc. de ord. Equest. d. l. Lymna. d. l. n. 5*

2. Distribuuntur autem hi Nobiles immediati à loco ubi degunt in tres Classes; Franconiam, Suevicam, & Rhenanam. *Recess Imp. Aug de Anno 1500.* was man mit den Ritterschafften zu Francken/ Schwaben/ vnnd Rheinlanden handlen solle/ *Recess Spirens. de Anno 1542. §.* demnach haben wir auff der Churfürsten/ Stände/ &c. *Equites autem Franconiæ, rursus in*

sex

sex loca dividuntur. 1. Odenwald. 2. Steygerwald. 3 Gebürg. 4. Altemühl. 5 die Buchen oder Baunach. 6. die Röhn vnd währen *Suevi, quoque in quinque loca dividuntur.* 1. Hegöw/ Bodensee/ vnd Algöw. 2. An der Donaw. 3. Am Kocher. 4. Am Schwartzwald/ oder Nechar. 5. Im Krächgaw.

3. Omnes olim Nobiles Principib. paruisse, verosimile est, quod multis probat D. Besol. *diss. de Ord. Equest.* Constat enim ex jure feudali, Capitaneos Valvasores, Valvasinos &c. semper sibi invicem substitutos fuisse, & unum ab alio alternatim dependisse. *vid. tit. 1. statim init. l. 1. Feud.* & nominatim Comites, in nobiles æque ac plebejos nomine Cæsaris jurisdictionem exercuisse; postea Duces, qui initio militiæ præfuerant, omnem jurisdictionem in certum districtum, & ita etiam in nobiles habuisse testatur hoc Franciscus Guillimannus, *de reb. Helvet. lib 2. cap. 10.* Et sic quoque Nobiles in Suevia & Franconia, Du-

cibus, dum isti fuerunt, subjectos fuisse, probabile est: quod & patet ex Iudiciis provincialibus vulgò die Landtgericht in Schwaben / *adpellata*. Sed postquam Ducatus Sueviæ Imperio accessit, nec ulli amplius investitus fuit, ordo Equestris, & nonnullæ Civitates, Imperatori & Imperio immediatè subjici cœperunt. *Cruf. part. 3. lib. 2. cap. 27 fol.* 111. *D. Besold. disc. de Ordin Equest.* Franconiæ Nobilitatis libertatem, parili plane occasione adscribit D. Besold. *d l.* Ac Tractum Rhenanum, præter Sueviæ Duces, nullos alios certos Dominos, qui conclusum (quod vocant) habuerint territorium, agnovisse, addit ibidem D. Besoldus.

4. Nobiles olim erant, immediate Imperatori subjecti, Status Imperii ac ad Comitia cum aliis Imperii Principibus vocabantur; uti apparet ex Bulla Sigismundi §. 2. & § 4. *à Goldast. tom. 1. Const. Imper. fol* 143. relata & ex procœmio Aur. Bullæ, *circa fin.*

ibi,

ibi. in gemeiner versamblung vnd gegenwart aller Geist: vnd Weltlichen Churfürsten vnnd anderer Fürsten/ Graffen/ Freyherrn/ Edlen/ vnnd Mantgfaltigen der Statt Bottschafften/ Hodie vero inter status imperii non numerantur, nec Comitiis intersunt, sicuti post quotidianam experientiam testatur, Arumæus, de *Comitiis cap. 4. num. 125. pag 255. Sixtin. de Regal libro primo, cap. 4. nu. 94. D. Speidel. in not. elegantiss. ad A B. in proœm. folio 37. & seq.* Sunt etiam multi in Imperio Principes, Duces, Nobiles, immediate Imperio subjecti, qui tamen Status Imperii non sunt, uti Dux Mediolani, Dux Mantuæ, Marchio Montisferrati, Dux Matinæ &c. *Aruma de Comitiis cap. 4. nu. m 76. & seq. vid. Reink 1. class. 5. cap. 10 n. 18. & seq.* ita ut argumentum negativè recte procedat; non est immediatus: ergo ad Comitia non vocatur, non itidem affirmativè *Arum. d. l. num. 1. 2. 3.* Quod vero immediati nobiles ad

diætas vocari desierunt, hoc in eorum favorem introductum esse videtur; alias enim in Comitiis non habuissent nisi unicum votum, ac sic aliorum Statuum de collectis cæterisque gravaminibus concluſa, rata habere coacti fuissent. Iam vero finitis Comitiis, pro charitativo subsidio cum ipsis agitur *D. Besold. disc. de Ord. Equest.* §. 11. Qua de causa cum anno 1500. de auxiliis contra Turcas in Comitiis Augustanis actum esset, Recessui hoc insertum legitur, das man mit den Ritterschafften zu Francken/ Schwaben/ vnd Rheinland handelen soll.

5. Cum Ordo ille Equestris Imperatori, uti alii Status, immediatè subsit, Constitutionibusque de immediatis loquentibus contineatur; nil certè impedire potest, quo minus quoque parilia cum aliis Statibus Imperii, in suis territoriis, jura & privilegia habeant: *Iohan Bidenbach. in nobil. quæst q 1. num. 1 &c. Gail. 2. obs. 62. nn. 2. D. Besold. disc. de Ord. Equest.*

adeo

adeo ut summum Imperium, quod in Principe Landsfürstlich / in Nobilibus immediatis Adeliche Obrigkeit / dici mereatur. In Camera etiam Imperiali Iurisdictio omnimoda, sive merum imperium, cum jure territoriali, apud immediate nobiles, pro uno eodemque habetur: *ut ex Meichsnero, Gilmanno*, aliisque probat Bidenbach, *quæst. nobil* 1. *num.* 9. *& seq.* Quam tamen æquiparationem cum mica salis accipiendam esse, rectè monet VVehner. *pract. obs. lit. L. §. verum. fol.* 461 cum magna sit differentia inter hohe Obrigkeit / vnd Landsfürstliche Oberkeit / also daß dieselbe beyde einander nicht anhangen. Dann viel Graffen / Herrn / vom Adel / sein anderer Fürsten Landsassen / haben aber gleichwol hohe Oberkeit / Sonst müste folgen / weil sie die hohe Oberkeit hetten / weren sie derselben Fürsten Landsassen nicht.

6. Ac licet multi Nobiles immediati sint, qui communi libertatis

prærogativa contenti, regalibus destituantur; eorum tamen multi è contrario sunt, qui jura hæc habent, & regalia: imò qui ampliſſima bona, ampliſſimumq; territorium tenent, ac in eo nonnullis etiam Comitibus atque Baronibus æquiparari facile poſſunt. *D. Beſold diſc. de Ord. Equeſt. § 11.* nec unum aut alterum exemplum, toti nobilitati officere debet *Chriſtoph. Minſ. de ſuperiorit. territ. cap. 3. n. 48.*

7. Ad horum autem Nobilium claſſem, non referendos eſſe cenſemus illos, qui in aliorum Principum territoriis habitant, ubi viget die Landſäſſerey/ multis licet privilegiis ſunt donati, ratione onerum & præſtationum perſonalium: cum exinde non ſtatim cenſendi ſint exempti; multum enim differt exemptus à ſubdito utcunque privilegiato. *D. Beſold. de Iuriſd. Imp. Rom cap 18 pag. 50.* ubi dicit, multos in Alſatia, Nobiles reperiri, qui ſemet vocant gefreyte Landſaſſen. Sic in Auſtria aliiſque locis,

losis, tam Nobiles, quam alii subditi, multa privilegia habent, qui nihilominus tamen mediati & subditi sunt.

8. Reperiuntur præterea immediati Nobiles, qui licet, nulla libera bona, castra, &c. habeant; ratione tamen suæ personæ, ordinatiæque subjectionis, nulli nisi Cæsari immediate subsunt; ideoque non nisi in Camera judicio Aulico, aut Dicasterio, Rottvvilensi conveniri possunt: & hi vocantur vulgò freye Reichs von Adel. *Reinck 1. classs. cap. 10. num. 33.* Hinc privilegia, ac jura Nobilium, duplicia ferè existere videntur, realia & personalia; realia, quæ castris bonisque adhærent, & quoscunque subsequuntur possessores; personalia, quæ personam comitantur. *Reinck 1. classs. cap. 10. num 26. & seq.* Vnde si Nobiles Civitatum incolæ sint, aut bona non libera possideant, jurisdictionem atque onera nisi specialiter exempti sint, pati coguntur. *Bidenbach q. 18. & seq.* Quæ tamen ad onera personalia

lia non sunt extendenda: cum personæ ratione, Imperatori immediatè sint subjecti. *Reinck. d. l.* Solent autem iis feuda, aut jus incolatus, raro sine onere subjectionis, aut multiplici libertatis restrictione concedi. *Vid. D. Besold. de iurisd. Imp. Rom. cap. 18.*

9. Non vero omnes in Franconia, Suevica, Rhenanaque Provinciis Nobiles, liberi sunt, sed ii tantummodo, qui nullum Principem aut Statum imperii superiorem agnoscunt, nobiliaque & libera bona possident, eoque respectu Imperatori, imperioque soli parent: *Bidenbach. nobil quæst 1. nu 7.* nec alibi, quam in gemeine der Ritterschafft kasten / aliquid contribuere solent. *Symphorem. supplicat. 1. tit. 4. fol. 299.* Sunt enim multi iis in locis Nobiles, qui vigore certorum contractuum, Principibus, quorum in territorio sunt, parent, iisque Homagium ac subjectionis juramentum præstent. *Reinck. 1. classs. 5. cap. 10. nu. 5.* Sic Palatinorum Comitum dominatus,

tus, ex variis contractibus, ac pactis hæreditatibusque successit. *Freher. de Origin. Palat.*

Caput XI.

De reliquis Civibus, mediatis, scilicet.

Hactenus egimus de Civibus imperii immediatis, tam illis qui Status imperii sunt, quam illis, qui sine illa qualitate imperio parent; jam ordinis ratio postulare videtur, ut quid de civibus mediatis dicamus.

1. Mediati Cives sunt, qui non Imperatori & imperio, sed aliis superioribus, ac Statibus imperii immediatis, immediato subjectionis nexu devinciuntur, quibus onera subditorum exhibent, ac homagium præstant, reservata tamen Imperatoris, & imperii tanquam superioris, authoritate, *c. venientes, & ibid. gloss. de iureiurand. Modestin. Pistor. cons. 24. n. 26. vol. 1. Prosp Farin. de delict. l. 1. tit. 3. q. 17. n. 16.*

2. Ex his quidam sunt eminentioris, quidam inferioris conditionis, illi sunt vel Comites, Barones, Nobiles, litterati & milites. Comites & Barones nō intelligimus illos, qui Comitatum aut Baronatum immediate ab imperio habent; sed qui sub aliorū Principum, ac imperii statuum Iurisdictione, bona possident, quæ postea, salvo illorum Principum jure, quorum veri sunt Landsassi, in Comitatum erecta sunt. Et quamvis hi, secundum mentem Matthi. de Afflict. *in tit. quis dicat. Dux & Comes, col. 3. in fin.* abusive Principes appellentur: idipsum tamen, quo ad dignitatem ipsam Comitum non obtinere; recte sentit *Reinck 1. class. 4. cap. 14. n 39* Cum dignitatem hanc immediate ab Imperatore consequantur.

3. Licet Nobilium appellatione generali, etiam Duces, Comites, Barones veniant; *cap. constitutis, extr. de testib. c. grandi, de supplend neglig. prælat. lib. 6. Tiraquell. de nobilitate cap 6. num. 51.*

num 51. *Schrader. consil.* 12 *nu.* 155 *p.* 1. nos tamen hic speciali significatione eos putamus, qui infra Barones sunt, & jure ac moribus Germanorum Nobiles censentur, sive ex Natalibus, sive ex privilegio summi Principis, aut Statuto loci, Nobilitatem adepti sint.

4. Vox nobilis, ex eo à Tiraquello, *de nobilit. cap.* 2. *num.* 1. *Chassan. de glor mund. part.* 1. *consid* 2. *P. Gregor.* 4. *de repub. cap.* 2. *num* 8. deducitur, quod vir nobilis debeat esse noscibilis. Dicuntur & nobiles quibusdam in locis Gentiles, Germanicè Geschlechter/ Gallicè *Gentil Homme*, à gente seu familia, quod hi nativitatem suam à sanguine plebejo illibatam conservant. Frequenter & nobiles Junckern/ indigitantur; quæ denominatio primum Ducibus, Principibus & Comitibus, tributa fuit; ut apparet ex diplomatibus Ducum Brunsvicensium de anno 1374. ubi legitur, wie Junckhern Fridrich/ Bernd/ Henrich vnd

Otte/ Brûder von den Gn. Godes/ Hertzoge tho Brunschwig vnnd tho Lûneberg. & ex Epitaphio quodam vetusto, quod Reineccius *ad Anonymum Poetam de gestis Caroli Magn l. 4. fol. 60.* refert: der Edle / wolgeborne Juncker Jungherr Bernard / Edler Herr zu der Lippe *Idque nomen.* Nobiles demum sibi attribuerunt: à quo tamen hodie, nonnullis in locis abhorrere incipiunt.

5. Vera ac antiqua Nobilium definitio, commode sumi posse videtur ex Francisco Guillimanno, *de rebus Helvetior. lib. 2. cap. 11. fol. 240.* ubi inquit, Liberi & ab omni servitutis jugo vindicati Allemanni (quod fiebat ex lege Salica, certis ceremoniis, excusso scil. per Principem ex manumittendi manu nummo, & pauperibus erogato) bona ea & possessiones, quas eatenus pro Domino habuerant, restituebant Domino, aut emebant, aut beneficii nomine & feudi accipiebant, vel denique conducebant, & custodum.

stodum prædiorum munere fungebantur. Quod si feudum à Principe, vel Duce, vel Comite, vel Marchione acciperent, eadem opera nobilitatem consequebantur, & inter nobiles referebantur. Idem privilegium obtinebant, qui à majore aut minore valvasore feudo donabantur; si modo ii longam annorum seriem numerare poterant, qua feudum, onusque militiæ ei annexum, in familia sua resedisset, quæ certa & antiqua Nobilium definitio. Nobilis enim ex genere & militia æstimabatur. *Hæc ille.*

6. Nobiles mediati in imperio nostro, pro provinciarum diversitate, diversas patiuntur distinctiones. In Franconia, alii sunt & dicuntur Lehenleuten/ alii Landsassen/ illi melioris conditionis, cum non nisi causarum Feudalium ratione coram Domino territoriali comparere teneantur, & vocantur freye Reichs von Adel/ *de quibus præcedenti cap.* Hi vero, deterioris, quod indifferenter omnium

nium causarum, tam realium quam personalium ratione, coram territoriali Domino conveniri possint ac debeant in prima instantia. *Clut. Syllog. rerem quotidian. th. 26 lit. K.* Ac hi Landsassii planè pro subditis habentur: licet negati nequeat, periculosam esse definitionem der Landsässerey/ quæ multis imperii conventibus sollicitè quidem quæsita, nondum tamen inventa sis. *VVaremund de Erenb. de fœder libro 2. cap 1 num. 40* Hæc nobilitatis Franconiæ distinctio, in Archiducatu Austriæ, Ducatu Bavariæ, Marchia, Ducatu Brunsvicensi, Principatu Hassiæ, Saxonia, & in superiori Palatinatu, & Pomerania ignoratur; ubi omnes pœnè Landsassii sunt. *Meichsn. decis 7. nu. 4. tom 2. lib. 1. Mindan. de continent caus. cap. 3. num. 6. D. Besold. lib. 1 Polit. c. 10. n. 66. Matth. Stephan. de Iurisd. lib 2. part. 1. cap 7. memb 2 num. 130* Horum vero Landsassiorum, alii vocantur Cantzley oder Schrifftsassen/ quibus imperitat

ritat vel ipse Princeps, vel Consiliarii ejusdem. *Alii* Amptsassen indigitantur, qui Toparchis, Præfectis, seu Quæstoribus, den Amptmännen/ subjiciuntur; & coram iis in prima instantia conveniuntur. *Daniel Moller. ad constit. nov. August. part. 1. constit. 5. Berlich. part. 1. conclus. pract concl. 13. n. 5. vid. Reinck. 1 class 5. cap 11. n. 47.*

7. Nobiles vel fiunt à summo Principe, id est, Imperatore, aut alio nobilitandi jus habente; vel nativitate. Illi qui ab Imperatore, vel alio superiorem non recognoscente, aut jus nobilitandi habente, nobilitatem consequuntur, ubique pro talibus honorandi sunt: licet enim nobilis in uno Regno, non sit pro nobili habendus in altero; *Bald cons. 387. col 1. l. 1.* quod indulti vis, tribuentis non excedat territorium; consuetudine tamen receptum est, pro tali habeatur. *Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 28. defin 12. n. 9. Petr Friz. de nobil conclus. 3. lit B.* omnium enim Principum interest, ut

unius

unius Principis majestas, à cæteris comiter observetur. Hi vero qui nobilitatem ex nativitate traxerunt, regulariter novis illis præferri solent: familiarum in republica ut sit distinctio: *Templ 1. polit. 5. quæst 6. Aul. Castilion. lib. 11. fol. m 12* quippe valere debet apud nos, clarorum hominum, bene de republ. meritorum memoria, etiam mortuorum: quæ ut pari virtute in iis reviviscat, ni elaborent Nobiles, vana stultaque erit ad avorum claritudinem provocatio, quales carpit, poëta ille, his versibus.

Audi Nemesis: sancta vide qualia monstra.
Immanibus ingeniis struere triumphos,
Iactant otia, parta negotiis paternis,
Ac ignava nobilitate gloriantur

Profecto hodie fere plerique nobilium, veluti natalia sufficiant, rerum omnium incuria sordent; imo litteras, ignominiam, plebeisque solum dignas, judicant; haud memores, eisdem

dem quæ negligunt, Majores suos, supra vulgus se ipsos extulisse. Ad hoc autem ut quis genere nobilis dici possit, sufficere credimus si Patrem solum habuerit nobilem, quamvis matrem plebejam. *facit l. cum legitima 19. de stat. hom. l. Eos 22. C. de Decur l. liberos 10. ff. de Senator Donell. 2. com. 10. prin.* cujus rationem festivam *vide apud Coras 1. Miscel. 15.* fœminis, Nobilissimam dignitatem, mariti tribuunt, *l fœmina. ff. de Senator. Novell. 150. c. 2. l. fin. Cod de Nupt. l mulieres. C. de dignitat. Tiraquell. de nobilit. cap. 17. num. 20. Decian. cons. 19. num. 237. vol. 3. Regner. Sixtin. 2. cons. Marpurg. 9. num. 36. & seqq. Hieron. Treutler. cons. 115. num. 20. & seqq.* Ac nati ex nobili & plebeja, omnino pro nobilibus habendi, iisdemque plane, quibus alii Nobiles, qui Patrem & matrem nobilem habuerunt, privilegiis ac immunitatibus gaudent: nisi speciali pacto, aut constitutione, à successione, vel aliis juribus prohibeantur.

beantur. Vnde ad hoc, ut filii nati ex ignobili matre, à successione repellantur, pactum speciale requiritur. *Borcholt de feud. cap. 7. part. 2. nu. 56. & filii nati. Tiraq de Nobil. cap. 17. & 18. Matt. Steph de Iurisd. lib 2. cap. 7. memb 2. n 44.* Quamvis negari non possit, Nobilitatem paternam adjecta materna, fieri splendidiorem, & omnibus numeris absolutam, per tradita *M. Ant. Natt. cons 637. num. 18. Deci. Resp. 9. num 237. vol 3.* Sed, anne ignobilis à Nobili adoptatus nobilitatem consequetur? verius est ut hoc negemus; cum in privatorum authoritate non sit actus Nobilitandi.

8. Privilegia Nobilium multa sunt. Primo, præ cæteris sunt honorandi, *gloss in c. illud 49. distinct. l. Ad honorem. de Decurion.* Injuria iis facta, gravius punitur, quam quæ facta plebejo, *l. aut facta §. persona. de pœnis. §. atrox. 9. Instit. de injuriis.* quæstionibus & torturis non subjiciuntur, *l. milites. l. Diue. Cod. de quæst. l. nullos. Cod. ad l. Iuliam*

Iuliam Maiest. Boer de quæst. & tortu. cap. 4. num. 42. & seq. in criminalibus satisdatione non onerantur, sed juratoria ab iis exigitur cautio, *l. quoties. C. de dignit. VVesenb. in parat ff. de cust. reor. num. 5. Hering. de fideiuss. c. 10. num. 369.* ratione bonorum feudalium, pro quibus Domino suo servitia feudalia præstant, ad collectas & munera publica non tenentur. *Tiraq. de Nobil. cap. 20. n 166. Heig. part. 1. quæst. 18. numer. 21. Vid. Modest. Pistori cons. 9. num. 49. vol 2. Maul. de Homagio lib 9. num. 68. Fallentias vid. apud Nolden. d. Nobil. c. 16. num. 8. & seqq.* Ex antiquissima Germaniæ consuetudine, Nobiles à præstatione vectigalis immunes sunt. *Bidenbach. quæst. nobil. 18. Koppen. decis. 61. num. 4 part 1.* quam multis in locis eviluisse monet Nolden. *d l. num. 42.* non habentes in ære, non luunt in corpore. *Schnei. ad §. persona 12 num. 58. Instit. de Action.* propter debitum civile, non detruduntur in carcerem; *Covarruv. l. 2. variar.*

variar. resolut. cap. 1. num. 4. quam regulam limitat. *Nold. d. tract. cap. 15. num 72.* In vinculis subterraneis, propter delicta, ex quibus capi possunt, non sunt detinendi. *arg. l. 1. ff. de custod. & exhibit. reor. Gail. de pignor. obs 9. num. 4.*

9 Nobiles quoque mediati non solum dignitate; sed etiam potestate aliqua plerumque pollent. notum enim est Nobilibus pagos, vicos, castra &c. à Principibus persæpe cum adhærentiis, pertinentiis, iurisdictione & aliis modis concedi. *Andre. Knich. de vestit. pact. p. 2. c. 1. Paurm. de Iurisd. lib. 2. cap. 9 per tot. Rosenth. de feud. cap. 5. concl 8.* quæ concessiones, cum sint stricti juris, stricte interpretandæ erunt; & tamen concessum existimabitur, quantum expressum. *Schrad. cons 6. n. 9.*

Ad dignioris conditionis cives mediatos, referendi quoque sunt Literati: inter quos merito primum locum sibi occupant Theologi, idque ratione

ratione objecti; cum Theologia hominem instruat, qua ratione sublime illud ac spirituale bonum per lapsum Adami amissum, ac per cruentam mortem Filii Dei reparatum, consequi possit. hinc illi versiculi;

Theologis animam, subjecit lapsus Adami,
Et corpus medicis, & bona juridicis.

Horum opera in Repub, imprimis necessaria est, quia Dei metum & cognitionem in hominum mentes instillant, quæ basis & fundamentum omnium legum & virtutum. *Plato d. ll.*

11. Theologos subsequuntur Iurisperiti, ac legum Doctores, quos Nobilitatem vulgo acquirere, tradit. Halbriter *erat. de privil. Doctor. Matth. Stephan. de Nobilit. Polit. 4. numer. 12.* Et in hoc Doctorum juris meliorem esse conditionem quam Medicorum notat. *Ant. Faber. lib. 9. Cod tit. 18. defin. 9. & seq. Hortens. Cavalcanus de test. 1. part. 1. num. 46. Matth. Steph.*

6. 4.

§. 4. num. 10. Lanf de Academ fol. 79. quanto enim anima corpore, Respublica homine præstantior, tanto etiam præstantior dignior, & excellentior erit Iurisprudentia Medicina; quippe Medicina tantum ad corporis tendit conservationem, Iurisprudentia vero conservationem hominum. Reipublicæ, & animæ respicit. *Vid. Chassan. de glor. mund. part. 10. consid. 25. Bod. de repub. lib. 1. cap. 8. Ant. de Guevar. in Horol. Princ. l, c. 43. Heig. part 2. quæst. 26. nu. 7.* In quibusdam Cathedralibus Ecclesiis, æquo jure ad Canonicatus admittuntur Nobiles & LL. Doctores. *Freher. ad Pet. de Andlo f. 195. B.* Inter LL. vero Doctores maximopere præeminent, professores Academiarum, quorum scientia illustratur mundus. *Auth. habita. C. ne filius pro patre.* Et hi quamvis juniores, præferuntur aliis Doctoribus. *arg. lib. 1. de consul. Erneſt. Cothm. resp. Academ 14. nu. 73.* ex iisque Adsessores Cameræ Imperialis sumuntur.

ord,

erd, Cam. part. 1. tit. 4. §. auß denselben & ex communi Dd. sententia, ii qui per viginti annos publicè professi sunt, illustribus annumerantur. *Bart. in rubr. proœm. ff. num. 5. Iason. in l. 1. num. 12. de offic. eius.* non itidem ii, qui sapientiæ, Philosophiæque speculativæ studio dediti, cœtus hominum relinquunt, & otium persequuntur, *Hippol. à Collib. de Nobilit. thes. 13. Matt. Steph. de nobil polit. c. 4. n. 9.*

12. Doctores Iuris sequuntur Dd. Medici, qui juris divini testimoniis honorandi, *Eccl. 38. in pr. Honora* inquit *Medicum propter necessitatem: creavit enim ipsum altissimus* Et quamvis apud Rom. medici plerumque servi fuerint, non tantum ideo medicina servilis ars est: plusquam manifestum est enim, Principes etiam, Reges, & Imperatores, medicos fuisse, ipsosque adeo sanctos & Angelos. *Hippol. à Collib. de Nobil th. 15.* Medicos cum dicimus, excludimus imperitos illos homines & circumforaneos,

neos, vulgo Störger oder Quackſalber/ qui ſe Medicos Doctores venditant, quibus tamen præter latratum, nec eruditio, nec doctrina eſt. Hinc illi verſiculi:

Fingunt ſe Medicos quivis idiota Sacerdos,
Iudæus, Monachus, hiſtrio, raſor, anus,
Miles, Mercator, Cerdo, Nutrix & Arator,
Vult medicas varius, quivis habere manus.

13. Quartus locus Philoſophis debetur, qui ſi antiquum Philoſophiæ ſplendorem tuerentur; & Pythagoræ, Platonis, aliorumque premerent veſtigia, vel omnium ptimi, vel ſtatim poſt Theologos locandi eſſent. *Lanſius de Academ. fol. 23.* Erat namque olim Philoſophia, rerum divinarum, humanarumque Encyclopœdia, eaque comprehendebat, quicquid mens humana ſcire aut capere poſſet. Sed nunc artium liberalium rudimenta tantum

tantum tradit; & aliis disciplinis superioribus, subalterna magis est, quam collateralis. Et inde etiam in Iure nostro, differentia constituitur inter Philosophos, & liberalium artium Professores. *arg lib. 1. in princ. & §. 4. ff. de var. & extraordin. cognit. l. 6. §. 3. & 4. ff de excus. tut.*

14. Milites quoque propter summam armorum necessitatem, eminentioris censentur conditionis. Veruntamen an militaris ordo, litterario sit præferendus? in controversiam vocatur. Non hic de gregatio milite, sed politico: non etiam de litteratoribus, sed Politicis loquimur. Nos in actibus militaribus, militem Doctori, & vice versa in actibus facultatis, Doctorem militi anteponendum esse, censemus cum Gailio *2. obs. 118. nu. 15.* ubi ad hoc dicit esse textum *in l. 1. Cod. de offic. vicar.* Beuther. von prælat. *part. 1. cap. 88. pag.* mihi *192. Ias. in l si quis in conscribendo, n. 4 C. de pact. Angel. in proœm. Instit. num. 2. & in §. fin. nu. 6.*

mu. 6. Inst.. de milit. test. Quamvis tamen sui natura, togata virtus, bellica praestantior videatur. *Kirchn. disp. de repub ult. th. 26. vid. Auli. Balthas. Castilionis l 1 Boccal. 1. ragg 75 Tiraq. de nobilit. cap 5. n. 6.* Facit illud Cicer.

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Et:

Est toga marte prior, calamus victricibus armis:
Quæ non arma queunt, vincere scripta queunt.

25. Sequuntur inferioris conditionis cives; qui & distinguuntur in superiores & inferiores. Superiores sunt negotiatores seu Mercatores. Vbi celebris occurrit quæstio, an Nobilis, exercendo Mercaturam, nobilitatis suæ splendori officiat. Ac quamvis teste Bodino Gallorum, Britannorum, & Germanorum legibus, nobilitati mercaturam exercere non liceat; aut si quis mercator esse volet, inter plebejos censeatur; sui tamen natura, exer-

exercitium mercaturæ, nobilitatem obfuscare non censetur: nec Tullius ipse uberem mercaturam improbat, *l 3. offic.* sed eos, qui ab aliis emunt, ut carius vendant, *sordidos* appellat. Legimus etiam Lusitaniæ Reges, cum angusti regni finibus continerentur, nec jura suæ majestatis satis commode tueri, nec subditos rodere vellent, mercaturam abundantissimam, sine contumelia ac Majestatis suæ diminutione exercuisse. Nec Venetis, Genuensibus, Florentinis aliisque quæstuosa mercatura nobilitati labem aut dedecus ullum inferre. *vide Nolden. de stat. Nobilit. cap.* 23. Solent autem plerumque Monarchæ, Ordini Equestri, in quo sæpius vires Regni consistunt, mercaturæ exercitium adimere, ac sub pœna infamiæ prohibere: ne nobiles mercaturæ lucris illecti, labores belli spernant: è contra vero in Aristocraticis & Democratitis rebuspublicis, Patriciis quæstuosa mercatura suadetur, ne feroces, ac ad

bellum quasi nati, quod novi contra Rempublicam moliantur; sed mercaturæ lucris inebriati, ferociam deponant, statumque ament præsentem. *vid. Boccalin. Ragg. di Parnass. Cent. 2. Raggual. 19.* Inferiores sunt, plebei, Artifices, manuarii & Agricolæ.

LIBER IV.

Administrationem universi continens.

CAPUT I.

De Comitiis Imperii.

DE statuum Imperii jure ac potestate, quæ illis, in res ac personas ditionum suarum competit, diximus; jam, quid in publicis Imperii Comitiis possint, quid dicendum erit.

1. Comitia à *Coeundo*, vel potius ut veteres volebant, à *Comeundo*, nomen traxerunt, quod populus his coi-

re, & in unum locum convenire soleret: *Paurmeist. de Iurisd. lib. 7 cap. 2. in princ.* Describimus autem Comitia cum *Bertram. de Comit. conclus. 8.* quod sint conventus totius corporis Imperii, aut partis, ad aliquid sciscendum decernendumve reipubl. causa.

2. Vnde Comitiorum divisionem à numero personarum, quarum interventu celebrantur, sumimus, quod sint vel universalia, quibus universi Principes & Optimates Imperii, conveniunt, vulgo Reichstag indigitantur; vel particularia, quibus pars Principum convenit. *Arum. de Comit. cap. 2. num. 2. Paurmeist. de Iurisd. lib. 2. cap. 2. num. 5. Otto de Iur. Publ. cap. 13. pag. 328.*

3. Vniversalia Comitia indicit Imperator, non generali Edicto, sed speciali, singulis Imperii statibus transmisso. *Althus. Polit. cap. 33. nu 5. Bertram. de Comit. th. 17. Lymn. 9. cap 1. nu. 23.* Verum non nisi de consensu Electorum, secundum leges Imperatori

tori in Electione dictas, *Decreto Spirensi Anno 1507. §.* haben wir eine gemeine Reichs versamblung / nach vorgehabtem Raht vnnd gutachten/ Vnser vnd deß Heilig. Reichs Churfürsten Ideo antequam diem futurorum Comitiorum edicat Imperator, Electores singulos per litteras consulere solet. *Paurm. d. Iurisd. l. 2. cap 2. num. 20.* Imperator, tempus ac locum quemcunque, modo is intra Imperii limites sit, Comitiis futuris definit. *R. A. de Anno 1527. §.* Vnnd haben derhalben wir / ibi, dann daß Ihre Käys. Majästat zum förderlichsten ein Reichstag zu Ihr Majäst. gelegenheit an bequeme wahlstatt vnnd zeit fürgenommen/ wolte doch solches zu Ihr. Majästet wolgefallen vnterthänigklich gestellet haben.

4. Principes sive Status Imperii ad Comitia vocati, si neque personaliter, neque per legales suos nuntios compareant; jure suffragii pro illa vice privantur: *Otto de Iur. Publ. cap. 13. pag. 33.*

pag.33. per legatum comparens, alleget causas idoneas, quare in persona adesse nequeat, *R. A.* zu Trier vnnd Cölln/ *de Anno* 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten / ibi: Persönlich / oder durch ihre Vollmächtich / treffentlich Bottschafft/ wo sie in eygener Person zu erscheinen/ redliche hinderung hetten / die sie bey ihren Glauben / mit ihren Brieffen vnnd Siegeln bethewren sollen/ &c. *Quin & Imperatoris potestati relictum est*, daß er den Ständen bey hoher vnnd schwerer Poen vnnd Straff gebieten kan in eygener Person zuerscheinen. *R. A. de Anno.* 1522. §. Vnd wiewol hoch von nöthen. *arg. c. gn. ubi gl. X. de maior. & obed. c cum dilecti de dol. & contum. c.* 1. *de Iudais. lib.* 26. *c. de Iud* 21. *Ægid. Bellarm. conf.* 16. Sunt autem quidam Status, qui quidem ad Comitia vocantur sed tamen iis interesse non coguntur. *Lymn. de Iur Publ. l.* 9. *cap.* 1. *num.* 88. Sic Archiduces Austriæ tanquam Sta-

tus Circuli Burgundici edicto citantur, parere tamen non coguntur. *Lymn. d. l. num. 89. & seq.* Bohemiæ vero Rex, hodie ad Comitia universalia non vocatur, nec iis interest. *Freh. ad Pet. de Andl. 2. c. 2. D. Besold. de Iurisd. Imp. quæst. 8 in fin. Aruma. de Comit. cap. 4. num. 58. & seq.* licet Bohemiæ Regnum, cum aliis Imperio immediate parentibus provinciis, contributiones conferre teneatur, uti firmis rationibus probat Goldast. *de Iur. Regni Bohemiæ lib. 2. cap. 14 & seq.* Abbatissæ quoque personaliter in Comitiis non comparent, sed per legatos suos: cum pudoris leges non patiantur fœminas ejusmodi conventibus interesse. *Gewvold. de septemvir. cap. 7. arg l. fœmina de Reg. Iur. init. l. 1. §. Sexum ff. de Postul. Lymna. l. 9. cap. 1. num. 106.* Sed, an sede vacante Capitulum ad Comitia erit vocandum? verius est ut affirmemus; *Aruma. de Comit. cap. 4. num. 103. & seq. Lymn. 9. cap. 1. num. 50.* quam opinionem observantia

servantia confirmat: sic Anno 1555. Dechant vnd Capitel zu Minden/ & Anno 1559. Probst/ Dechant/ vnnd Capitel deß Thumstiffts zu Freysingen/ *Recessibus se subscripserunt.*

5. Postquam Status, vel nuntii absentium, ad locum Comitiis destinatum venerint, nomina sua, & hospitii locum, ac missi mandata sua, apud Cancellariam Electoris Moguntini profitentur, simulque ut mandatum ad acta Comitiorum referatur, & in convocatione Ordinum, ratio eorum habeatur, petent. Cujus formulam præscribit. Arumæ. *de Comit. cap. 6. num. 3.*

6. Ius vero convocandi Status, die Ansage/ ut certa die ac horâ consultationi designata adsint, Vice Marschallo Pappenheimio, ad jussum Cancellariæ Moguntinensis, competit. *Lymnæ. d. l. num. 83. Aruma. de Comit. cap. 6. num. 77. & sequentib.* Statibus in curia præsentibus, Imperator solus, vel ejus Commissarius jus propo-

proponendi habet. Propositionem vero antecedit 1. Missæ celebratio, & Spiritus sancti invocatio pro felici Comitiorum successu, 2. ad Curiam itio & sessionis cuique debitæ occupatio. Vbi Cæsar constructum ex tempore tabulatum ascendit, & in solio editiore tapetis magnificentissime exornato collocatur: sedentem Senatus Electorum paulò inferiore hoc ordine circumsider. Ad dextrum Elector Moguntinus in suis Diœcesibus & in Archicancellariatu suo, Colonienſi Provincia dumtaxat excepta, in qua Colonienſis Elector à dextris sedet, quem sequitur Elector Bavariæ, Trevirenſis è regione Cæsari opponitur. Ad sinistrum Archipiscopus Colonienſis primum, secundum Saxoniæ; tertium, Marchio Brandeburgicus, Electores, politici occupant. *A. B. c. 3. 4. in princip.* Pro Principibus reliquis duo adhuc subsellia, duobus gradibus Cæsaris sede inferiora sunt: in quorum dextro, reliqui Archiepi-

chiepiscopi, item Domus Austriæ & Burgundiæ legati considunt: reliquis Statibus, Comitibus, Baronibus, & civitatum nuntiis promiscuè astantibus.

7. Facto consessu, quidam ex Principibus Ecclesiasticis vel Politicis, lingua Patria, eisdem Cæsaris nomine gratias agit, quod edicto audientes, tanto numero comparuerint: quem ipse Imperator gravi oratione subsequi solet, ac repetita gratiarum actione, ut causas edicti conventus gravissimas ex promulganda propositione cognoscere, ac quæ ad Reipubl. salutem sunt necessaria, in medium consulere velint, hortatur. *VVehner. d. l.*

8. Propositio vero vel de scripto vel oretenus recitatur, aliquando ab ipso Imperatore; ut de Sigismundo Imperat. testatur *Leheman. Chronic. Spirens. l 7. c. 76.* vel Principe, aut Imperatore absente ac ejus Commissario præsidente, ab ejus Consiliario.

Aruma.

Arumæ. de Comit cap. 7. num 26. Lecta Propositione, Electores, Principes, Ordines & legati consurgunt, & paululum collocuti, per Electorem Moguntinum Imperatori gratias agunt, quod tanta fide ac diligentia publici Imperii negotia sibi commendata habent; ac in omnibus, quæ ad salutem Imperii pertinere videbuntur, studia sua deferunt. Vtque de rebus propositis rectius deliberare possint, copias recitatæ propositionis sibi edi submissè petunt. Quibus ita peroratis, propositio Cancellario Electoris Moguntini traditur, & Cæsar surgit; ac eo ordine, & pompa qua in Curiam venit, ad palatium suum reducitur. Tum Cancellarius Moguntinensis Vice-Mareschallo de Pappenheim mandat, ut Statibus indicet, ut scribas, cum sufficientibus mandatis, ad describendam propositionem mittant. His peractis aliis sequentibus diebus, Principes ac Ordines Imperii in locum conventui designatum convocati, capita deliberationis

rationis eo ordine, quo proposita fuerunt, expedienda suscipiunt. *VVehner. d. l.*

9. Ad fœliciorem vero de propositis negotiis consultationem, Status S. R. I. in tres classes se dividunt: quarum. *Prima* Electorum est *Secunda* Principum Imperii tam Ecclesiasticorum quam sæcularium, Prælatorum, Abbatum, Comitum & Baronum. *Tertia* Civitatum Imperialium. Electores suum in Conclave secedentes, eo ordine considunt, ut primum locum, Moguntinus, cujus dextrum latus Trevirensis prima die, altera Colonienſis, & Dux Bavariæ occupent. A sinistro vero, prima die Colonienſis, deinde Trevirensis, Saxo & Brandeburgicus conspiciuntur. Legati Electorum, quibus intermedia competunt loca, personam Electoris præsentis non antevertunt, sed subsequuntur. *Lymnæ. lib. 9. cap.* 1. Ordinem votandi quod attinet, talem Anno 1623. in conventu Ratisbonensi

Electorum & quorundam Principum in consultationibus observatum fuisse, testatur ocularis testis Reincking. *lib. 1. classe 3. cap 4. num. 19.* Moguntinus, inquit, primo compellavit Trevirensem, deinde Coloniēsem (quamvis Legati Trevirenses, cum Electore Colonienſi, qui ipse præsens adfuerat, in Sessione & votis alternarint) & sic deinceps usque ad Saxonem inclusivè: deinde reddito voto Saxonico, Legatus Saxonicus interrogavit Legatos Brandeburgicos, aliosque ad consilium vocatos Principes aut eorum Legatos. Omnium tandem exquisitis sententiis, suam ultimo loco addidit sententiam Moguntinus, cum indicatione, quonam major pars tenderet.

10. Principum vero classis, quam secundam diximus, in duo scamna partiri solet. In primo collocantur Principes Ecclesiastici; quales sunt, Archiepiscopi, Episcopi, Magistri Ordinum Teutonicorum (Teutsche Meister)

Meister) Abbas Fuldensis, Hirsfeldensis, Campidonensis, Murbacensis, Corbejensis, Prumensis, Stabulensis, Præpositi Elbangensis, & Berchtesgadensis; & Sæculares, Archiduces Austriæ, ac Duces Burgundiæ, qui omnes viritim sententiant ac vota sua pronuntiant. Secundum Scamnum obtinent Prælati, Comites, Barones; & hi curiatim sententias dicunt, hoc discrimine, ut Prælatorum curia unius, Comitum vero & Baronum à locis in duas tribus, Suevicam ac VVetteravicam dissecta, duorum ferendorum suffragiorum jus habeat. Proponendi atque dirigendi prærogativam hoc in Senatu, olim Archiepiscopus Salisburgensis obtinuit; postea quam vero inter eundem, & Magdeburgensem Archiepiscopum, nec non Archiduces Austriæ de sessionis prærogativa contentio, orta, atque continuata fuit, tempore Caroli V. inter Salisburgensem & Austriacos alternatio locum obtinuit, quæ ad-

huc usque dutat. *Canin. parte 2. de l'abregé de la Bulle Dorée. p. 97.* vota in hoc Principum Senatu postulat & exquirit Vice-Marescallus Pappenheimius. *Arum. de Com. cap. 6. num. 84.*

11. Tertius Senatus est, Civitatum Imperialium ac liberarum; qui & in duo dividitur scamna, vulgo die Rheinische vnd Schwäbische Banck. In scamno Rhenano considunt Legati civitatum Imperialium tractus Rhenani, VVetteraviæ, Alsatiæ, in der Landvogthey Hagenaw / Saxoniæ & Thuringiæ. Inter quos primum locum occupat, Legatus civitatis Colonienſis. In Suevico scamno primus locus civitati Ratisbonensi competit. Directorium hoc in Senatu tribuitur civitati, in qua habentur Comitia: quæ muneris sui explicandi causa adhibere solet Senatorum suorum, ut & advocatorum, vel Syndicorum ex ordine aliquos; quibus Secretarium ac duos Registratores addunt, quorum unus nomine Civitatum Rhenensis lateris,

lateris, alter lateris Suevici, in protho-collum refert, quæ proponuntur ac consultantur. In exquirendis votis hic ordo servari solet à Directore, ut primo Legatum civitatis Colonienſis in Rhenano ſcamno interpellet, ſecundo ad Suevicum deflectat, & Ratisbonenſis poſtulet votum, tertio iterum ad Rhenanum redeat, quarto ad Suevicum, atque ita conſequenter continuata variatione, ac Director ultimo loco ſuum ſubjungat votum.

12. Materiæ Comitiorum tales eſſe ſolent, quæ circa politicam verſantur poteſtatem, ut eſt legum latio, bellorum indictio, fœdera, contributiones, cauſæ exemptionum, & præſertim quomodo pax publica firmetur: de monetis Müntzſachen / de matriculæ redintegratione, ac in ſumma quicquid eſt, quod ad gloriam Dei, conſervationem luſtitiæ, honeſtatis & publici ſtatus ædificationem conferre poſſit; *R. A.* zu Augſpurg *de Anno* 1530. §. Nachdem wir *ibi*: alles

daß fürnemmen R. A. zu Regenſpurg/ *de Anno* 1541. §. Vnd damit dann gemeine/ *circ. fin.* Vnde non immerito Bertram. *de Comit. theſ.* 71. improbat Statuum quorundam conatum in Comitiis anterioris temporis, qui ehe vnd zuvor jhre gravamina erledigt/ ſich in keine handlungen laſſen wollen/ cum privata, publicis poſtponenda ſint.

13 Conſenſus ordinum Imperii in idem placitum fit vel in ſingulis claſſibus ſeparatim, inter ejuſdem collegii membra; vel inter prædictas tres claſſes. Priori caſu, ſi diſſentiunt, major pars minorem vincit. *Reinck. lib. 1. claſſ. 5. cap. 8. num 59 Arumæ. de Comit. cap. 8. num. 74. & ſeq. Otto de Iur. Publ. cap. 13. pag. 342.* ut ad Evangelicorum Correſpondentium nimiam inſtantiam, qui ponderanda, non numeranda vota eſſe dicebant, ab Imperatore Matthia Anno 1613. decretum eſt: Es ſollen durch die particular vrſachen die gemeine deliberationes

rationes billich nicht gehindert werden/ in dem 1. der Natur/ 2. aller Völcker Recht/ 3. der gülden Bull/ 4. den Reichs Constitutionibus, 5. vnnd dem richtigen Herkommen gemäß/ daß in dergleichen Berahtschlagungen die Majora die wenigere an sich ziehen/ *extat sub litt. B. D.* in dem gründlichen Bericht/ ꝛc. *cap. 7. num 67. 68. & seq.* Quod cum prævia matura deliberatione, in Comitiis, Bonis rationibus munitum emanavit, vim juris meritò obtinebit. *l. 1 ff. de constit. Princip.* Nec alius finiendorum Comitiorum modus dari potest, quam ut majoribus stetur votis. Nam si saniora minoris partis vota, majoribus præferenda dixerimus, res admodum intricata erit, quænam saniora dici mereantur: & hic, qui volet ingenio cedere, rarus erit. Secundo casu, si consentiunt omnes tres classes (non enim personarum vel ordinum, sed classium seu curialium vincit numerus. *Paurmeist. de Iurisd. lib. 2.*

lib. 2. cap 2 n. 45.) commune ordinum consultum per selectos quosdam Imperatori exponitur, cui si idem quoque placet, confecta res est, sin minus, eam diu replicando, duplicando, triplicando, quadruplicando, &c. Inter se adductis hinc inde rationibus â Cæsare & ordinibus disceptatur, donec vel hi in Imperatoris, vel hic in illorum concedat sententiam. *VVehn. obs. Pract. verb.* Reichstäge / *Paurmeist. de iur. l. 2. c. 2. n. 47.*

14. Quod si duæ vel tres illæ Statuum classes, in votis ac sententiis proferendis convenire nequeant, & singulæ singulas tueantur sententias; tum res ad Imperatorem deferri, ejusque arbitrio committi solet, qui eam ex plenitudine potestatis decidit: ut sufficienter declarat *Recess. 1544. vers.* Als wir aber in der handlung / &c. Cum enim Carolus V. in Comitiis Spirensibus Anno 1544. Status discrepantes in concordiam redigere frustra niteretur; Status controversiam Imperatorio

torio decreto definiendam esse censuerunt: ut apparet ex vers. Als wir aber in der/ ꝛc. *dicti Recess. ibi,* in Unterthänigkeit vernehmen haben lassen/ da wir für vns selbst/ vnd auß vnserer Käyserlichen macht vnnd Vollkommenheit/ Ordnung darinnen fürnehmen vnd geben würden/ das sie solches geschehen lassen/ vnnd dulden müsten/ vnd in demselbigen vns/ als Römischen Käyser/ keine Form oder Maß zu setzen wüsten/ & paulò post, ubi Carolus suam authoritatem interposuit, constituitque; So haben wir solcher vnd anderer mehr redlicher vrsachen halben/ vnser Käyserlich gemüth darzu billig bewegend/ wie es hierzwischen vnd vollkommener vergleichung damit gehalten werden soll/ von Obrigkeit wegen/ vnnd auß vnser Käyserlicher Macht vnnd vollkommenheit/ vns nachfolgender Meinung entschlossen/ gesetzet vnnd geordnet. Cui non absimilis est & illa Ferdinandi I. Regis Rom. & Imperatoris

toris Caroli V. Vicarii in Comitiis Augusti. 1555. interpositio, cum inter Catholicos & Protestantes Principes dissensio oriretur, quid de Archiepiscopatibus, Episcopatibus, &c. quos illi tenuerunt, qui à Religione Catholica ad Lutheranam fecerunt secessionem, statuendum esset: uti videre est ex *Recess.* 1555 *vers* Vnd nach dem bey vergleichung ibi: demnach haben wir in krafft Hochgedachter Römischer Käyserl Majäst. vns gegebenen Vollmacht vnnd Heimbstellung erklären vnd gesetzet/ thun auch solches hiemit wissentlich / &c. Quod decretum hactenus sancte in Imperio observatum fuit: ut exempla Hermanni & Truchsesii, Archiepiscopi Colonienſis aliorumque declarant: qui postquam Lutheranam amplexi sunt Religionem, bonis omnibus Ecclesiasticis privati fuerunt. *Surius de reb. gest. sub. A. C.* 1547. Huc adde votum Serenissimi Electoris Saxoniæ Fuldæ in conventu Anno 1608. relatum *sup. lib.* 2.

lib. 2. cap. 3. Denique cum Imperator ex sententia Paurmeisteri *de Iurisd. libro secundo*, & VVehn. *obs. pract. verb.* Reichstäge semissem Comitiorum habeat altero Statibus relicto, quorum semissis in tres sextantes dividitur, ita ut unum Electores, alterum Principes, tertium Liberæ Imperii civitates obtineant, dubium non est, quin Imperator. semisse suo & sextante, quem Senatus ille habet, cujus sententiam amplectitur, majorem partem efficere possit. *Vid. Aruma de Comit. cap. 8. num. 86.*

19. Sequitur promulgatio, sigillatio & subscriptio. Imperatore enim cum Statibus, in punctis omnibus, ab eo propositis, consentiente; vel aliquibus ad proximum conventum vel generalem vel particularem transmissis, uti sæpe fieri solet, & ea de re notus locus Æneæ Sylvii joco serius *Epist. 72. & 92.* Omnes Germanorum diætas esse fœcundas, & quamlibet in ventre habere alteram; ac credibile

esse, quia fœmininum sit nomen, libenter imprægnari diætas, ac parturire: tunc ad promulgationem decreti proceditur; quæ priusquam fiat, ab Electore Moguntino notula decreti concipitur, ac Cæsaris, nec non Statuum Imperii deputatis in conclavi Electorum proponitur: in qua si quid considerationis habeant, indicant, idque secundum majora vota vel manet vel mutatur. Secuto vero inter deputatos Cæsaris ac Statuum de formula Decreti, consensu; ea in pergameno in Cancellaria Electoris Moguntini describitur, ac postmodum Cæsaris & Statuum sigillis & subscriptionibus confirmatur. Modus vero sigillandi & subscribendi hic esse solet: funiculum duplicem infimæ parti pergamenti transfixum, in superiore parte sigillum Cæsaris conjungit: post cujus sigillum funiculus in duos divisus manet, & in illo qui à dextro latere sigilli Cæsarei est, Ecclesiastici suum sigillum annectunt: ac primo quidem

quidem nomine Electorum Ecclesiasticorum, Moguntinus, vel in ejus absentia ejus Consiliarius, aut alius Elector Ecclesiasticus qui in sessione prior est, sigillum appendit. Secundum in latere dextro sigillum applicat Ecclesiasticus Princeps in sessione precedens, in secunda Statuum classe, vel eo absente in sessione proximus. Tertio loco unus ex Prælatis sigillum apponit. A latere sinistro sigilli Cæsarei è regione Moguntini, in altero funiculo Elector Bavariæ, vel eo absente ejus Consiliarius, aut alius Elector sæcularis ejus nomine. Secundo loco, sigillum nomine sæcularium Principum appendit sæcularis aliquis Princeps, qui in sessione prior est. Tertio loco unus ex ordine Comitum VVetteravicorum & Sueviçorum, alternis vicibus sigillum subjungit. Vltimo sigillum Civitatis Imperialis illius, in qua Comitia habentur, funiculos ambos conjungit. Ne vero in subscriptione aliqua oriatur controversia;

Secre-

Secretarius Electoris Moguntini, Electorum ac Statuum, aut eorum legatorum nomina, ordine describere solet, Ac primo quidem Electorum, 2. Ecclesiasticorum Principum, 3. Sæcularium Principum, 4. Prælatorum, 5. Comitum ac Baronum, 6. Liberarum Imperii Civitatum; ac cuique Senatui designationem eorum Imperii Statuum, qui in eo continentur offerre, ut ipsi ordinem in subscriptione servandum, definiant. *Vid. Lehem. Chron. Spirens. l. 7. cap. 124. Alth. Pol. cap. 33. num 85.* His itaque peractis, Recessus à Moguntino Cancellario publicè clara voce legi; ac Cæsar, Status ad ejusdem observationem hortari solet. Publicato vero Recessu & ab Ordinum Amanuensibus descripto, Status venia à Cæsare impetrata, discedunt. *Vid. Arum. de Com. c. 8. n 108.*

16. Hactenus de Comitiis universalibus; Particularia sunt, quibus pars Statuum convenit. Sunt autem particulares conventus in duplici differentia;

tia; in quibusdam certa tantum pars; in quibusdam vero ex universo Ordinum Collegio, quidam selecti conveniunt. Pars vero quæ convenit, vel est certæ alicujus Classis, vel certi loci ac regionis Imperii. Certæ Classis, est Electorum conventus, qui & duplex est, vel enim fit propter novi Regis Rom. electionem, & dicitur Wahltag / vel propter alia negotia publica & privata, & dicitur Churfürstentag / de priori supra actum est, nunc de posteriori quid dicendum.

17. Fuerunt olim Electoralia Comitia annua: ut apparet *ex A.B. Carol. IV. cap.* 12. hodie vero non nisi necessitate summa flagitante, eadem celebrari solent. *Lymn. de Iur. Publ. lib. 9. cap.* 1. *Arumæ. de Comit. cap.* 2. *num.* 28. *Otto de Iur. Publ. c.* 13. *p.* 351. Hoc autem jus celebrandi Comitia, Electoribus Carolus IV. concessit: uti elucescit ex verbis, quibus Carolus in Aurea Bulla utitur. *c.* 12.

18. Certi loci, ac regionis conventus

tus sunt Circulorum, *vulgo* die Kraißtäge. Sunt autem hi conventus vel universales, quando omnes decem circuli. vel particulares, quandoquidem, vel unius saltem circuli Status conveniunt. Habent & singuli circuli suos Capitaneos, Kräyßobriste oder außschreibende Fürsten/ qui circulares conventus, ordinariè annuatim bis vel semel, prout necessitas efflagitat, convocare solent. In his agitur de Contributionibus, monetis probandis vel reprobandis, sententiarum ac mandatorum Imperialium executione, ac pace publica conservanda. *Paurmeist. de Iurisd. l 2. cap. 2. num. 182. Matth. Steph. de Iurisd lib. 2. p. 1. cap. 4. nu. 48.* Quamvis quandoque extra ordinem, quando scilicet Imperator à circulis instante periculo subsidium ut vocant charitativum exigit, & tum solet Cæsar etiam suos Commissarios ablegare, causasque extraordinariæ convocationis, exponere. *Arum. de Comit. cap. 2. n. 44.*

19. Hæc

19. Hæc de priori particularium conventuum genere tantum; nunc de posteriori dicendum est, ubi ex universo Ordinum Collegio quidam selecti conveniunt: estque deputatorum, & visitatorum Camera. Deputatorum Comitia An. 1555. primitus Augustæ in Comitiis instituta, eam ob causam, ut mole negotiorum ingruente, quæ in publicis Imperii Comitiis explicare non possent, à Cæsare & delectis tractentur, *Paurmeist. de Iurisd. lib. 2. cap. 2. num.* 115. Hos deputatos, Elector Moguntinus, si de motivis à Capitaneis circulorum instructus sit, Francofurtum nomine Imperatoris, convocat. *R. A de Anno 1559. vers.* Nach dem sich darneben/ ꝛc. *Anno 1570. vers.* Und damit solche wichtige ding/ ꝛc. Vocantur autem ad hæc particularia Comitia, Legatus Cæsaris, Electores Moguntinus, Trevirensis, Colonienſis, Bavarus, Saxonicus & Brandeburgicus; Principes, Archidux Austriæ, Monasterienſis

sterienſis & Herbipolenſis Epiſcopi, Abbas VVeingartenſis & Ochſenhuſanus, Comes Furſtenbergenſis, Colonia & Norimberga Civitates Imperiales, Quibus poſtea in Comitiis Spirenſibus An. 1570. §. Vnnd damit ſolche wichtige ding / adjecti ſunt, Epiſcopus Conſtantienſis, Regimen circuli Burgundici, Dux Iuliacenſis, Landgravius Haſſiæ, Dux Brunſuicenſis, & Dux Pomeraniæ. Hi deputati cum quaſi per compendium Statuum ordinem comprehendant; ea quæ ab iis concluſa ſunt, vim receſſuum Imperii obtinent. *Lymna. de Iur. Publ. lib 9 cap. 1. nu. 239. Aruma. de Comit. cap. 2. num. 32.* Dividuntur autem deputati in duas claſſes, Electorum & Principum: in quibus ſinguli viritim ſententias dicunt. Omne vero ſuffragiorum jus in duos ſemiſſes dividitur; quorum unum Cæſarei Commiſſarii, reliquum deputati habent; Deputatorum ſemiſſis in duos quadrantes, quorum unum Electo-

res,

res, alterum Principes & ſtatus reliqui obtinent. Commiſſarii vero Cæſarei his in Deputatorum Comitiis proponunt. *vid. Paurm. de Iuriſd. l. 2. c. 2. nu. 115. Arum. de Com. d. l. Lymn. de Iur. Publ. lib. 9. cap. 1. num. 233. Otto de Iur. Publ. cap. 13. p. 394.*

20 Viſitatorum Comitia, ſunt conventus delegatorum ab Imperatore & Statibus, qui Spiram mittuntur, ad judices idoneos conſtituendos, Cameræ item tollendas corruptelas, & ad Statuum querelas, de Camera Imperiali, decidendas. *Althuſ. cap. 33. num. 107. Ord. Cam. 1. tit. 54.* Dicuntur & hi viſitatores etiam aliquando reviſores: *Ord. Cam. p. 3. tit 53.* qui de latis ſententiis & proceſſu cognoſcunt. *Matth. Steph. de Iuriſd. lib. 2. p. 1. cap. 3. memb 1.* Sunt autem Viſitatorum Cameræ comitia fere annua; quæ Elector Moguntinus edicit. Comparent in his, Legatus Cæſareus, duo Electores, Elector Moguntinus; & quem ex reliquis Electoribus

bus hic vocaverit: duo Principes, alter sacri, & alter secularis Ordinis; Prælatorum, Comitum, & Civitatum nomine, singuli legati. *Otto de Iur. Publ. cap* 13. *pag.* 356.

Caput II.

De Principum in sessione Præcedentiâ.

1. TAnta est proprii amoris cœcitas, ut aliis, quibus comparari vix potest, præstare, facillime arrogantii ingenio sibi quisque persuadeat; donaque, quæ ei natura denegavit, in aliis, aut non agnoscat, aut contemnat; & si qua in re præstet, perspicilio tam grandi, eam intuetur, ut res triplo major ei appareat. Quod vitium, in privato imprimis, & communi conversatione odiosissimum est, quibus hic modestia potior sit, consideretque, virum non ex loco sed hunc ex illo decorem habere; & apud eos qui integri sunt, majorem laudem

laudem ex moderatione, quam ambitione præsumptuosâ habiturum. In viris vero Principibus (quibus omnia ad famam dirigenda, ut *Tiberius apud Tacit. 4. annal. inquit*) excusari potest: in his enim, interesse honoris & dignitatis omnium primum existimatur, omneque aliud vincit, *Pierre Matthieu. l. 1 narrat. 2. num. 7. fol. 39.* ubi inquit, nihil hic diminui posse quin totum amittatur. Imo Dd. tradunt sessionis prærogativam armata manu posse defendi. *Pancirol. cons. 6. num. 2. Besold de præced. c. 3. num.* 8. Illud certum est generosos spiritus, quibus Principes plerumque abundant, quidvis potius, quam contemptum ac injuriam perferre, nullius que rei jacturam iniquius pati, quam si à paribus negligantur. Carolus Borbonius ob demandatam primæ aciei curam Alenzonio; & Andr. Doria maris Præfectus, à Francisco I. Gall. rege ob prælatum Barbigium, ad Carolum V. Imp. defecerunt. *Jovius*

vius lib. 22. hist. Casp. Ens Epidorp. l. 1. Et adeo affecit quondam Archipræsulem Colonienſem, quod in coronatione Henrici VI. Friderici I. filii, Moguntiæ loco cedere Abbati Fuldenſi juſſus eſſet, ut totum cœtum relinqueret, cumque multi Principes ſequerentur: nec aliter dies feſtus reſtaurari potuerit, quam ipſe Imperator, in collum ejus ſe projiceret, oraretque ne feſtum diem à mœrore auſpicaretur, locumq; priſtinū latus ſcilicet Imperatoris ſiniſtrum occuparet. Naucler. vol. 2. Gen. 36.

2. In ſingulis etiam Imperii comitiis & conventibus, non ſolum cum ingenti animorum exacerbatione, ſed & graviſſima rerum tractandarum jactura Principes hiſce controverſiis totum pœne comitiorum tempus conſumunt; quos ideo aliarum gentium repræhenſione dignos, notat Zieritz. de Princip. inter ſe prarog. apud Aruma. d. iure publ. tom 2. diſc. 34. ubi publica privatis præferenda ſunt.

Com.

Com. l 8. c 9. pulchrumque est exemplum apud Dauth. *de teſtam. fol. 7.* Vlrici VVirtembergiæ Ducis, qui mota de seſſionis controverſia, collocetis me (inquit) loco, quo libuerit, id modo efficiamus, cujus causa convenimus; Hiſce litibus remederi fruſtra ſæpius allaborarunt Impp. uti patet ex *receſſ. Spirenſ. Anno 1526. & 27.* nihilque niſi proteſtationes & reſervationes inſecutæ ſunt. In conventu tamen Ratisb. An. 527. ne ſalus publica ſiſteretur, ita res compoſita fuit, ut promiſcuo eſſent ordine principes, quibus de loco pugna, quod poſtea ſæpius iteratum fuiſſe teſtatur. Dauth. *d. l Reiger. in theſ. iuris verb. precedentia.* Notandum autem diligenter, cum majoritas evincitur, non æque inde ſuperioritatem argui: cum hæc diverſa ſint, *tot. titul. de maior. & obed.* cum facit *lex 7. §. 1. ff de cap. 10. reſolvimus*, illa enim honoris & seſſionis prorogativam, hæc vero ſuperiotitatem inducit. D. Beſold. *de appell. c. 4. n. 4. p. 112.*

3. Vbi

3. Vbi vero quæstio movebitur quisnam alteri præferendus sit, generalis esto regula, majores ac digniores cæteris esse præferendos. Hinc dubium non est, summum Pontificem, tanquam Ecclesiæ supremum caput, Omnes anteire, C. *solita de maior. & obed.* quem merito Imperator, tanquam supremum temporale caput, sequitur; cui Reges omnes reverentiam debent, tanquam capiti & Regum Duci: uti de Friderico III Imp. prædicavit Alphonsus Arragoniæ & Neapoleos Rex. *Panorm. in Apophteg. Alphonsi*: Hunc Rex Romanorum insequitur; ob spem à jure adprobatam de succedendo in imperio. *Can. in nomine distinct 23. & clem. 1. Besold polit. tit. 2. de sess. praced. cap 2. num. 5.*

4. Electorum de sessione olim controversiam Carolus IV. in Aurea Bulla definivit, & quali inter se successione utantur superius dictum, quando vero cum aliis Principibus conveniunt, hæ ponendæ regulæ; in actibus

bus ad curiam spectantibus, omnibus omnino Principibus cujuscunque dignitatis præferri, etiam Cardinalibus & Regibus. *Buxtorff. ad A. B. 84 l. c. Arum. ibid. disc. 4.* ideo Pontificium & Anglicum Legatum Coronationi Caroli V. interesse noluisse, scribit *Scleid. lib. 2.* Item Hartm. Maurus. *in Coronat. Caroli V.* Et Electores Anno 1471. in Comitiis Ratisbonensibus, Caroli Burgundi Ducis legatis fecerunt intimari, se ne regibus quidem, si adessent cessuros. *Ioh. Ant. Campanus in Epist. ad Card Iacob. Pap. quæ extat apud Goldast. in polit. Imp. p. 19. Epist. 71.* quæ contentio cum tres prope horas consumpsisset, non antea est sublata, quam Burgundi alteris subselliis ad frontem Cæsaris inter Oratores regios collocarentur; idque absurdum videri non debet, majorem scilicet loci ratione & temporis postponi minoti *arg. cap. à collat. 11. de appell. in 6.* unde præcedentiam hanc nonnulli localem sive respectivam tan-

tum vocant, quæ certis locis adstricta in aliis cesset, unde negant eos aliis in conventibus præferendos, uti in Concilio Basil. pro legatis Ducis Burgundiæ conclusum. At Buxtorff. *d. l.* ex ceremoniali Ecclesiæ probat. PP. EE. aliis principibus omnibus præterquam Regibus præferri, uti quoque judicatum in Concilio Tridentino, ubi statim post Legatos Pontificios collati fuerunt. Thuan. l. 8. idque ut in Aula Imperiali servetur, Imperatori in capit. §. 4. injungitur.

5. Et sic regula supradicta majorem minori præferri dicit, sicut & in multis aliis casibus fallit. 1. si major minoris hospitio recipiatur tum ille huic honorem debet, cum quilibet sit Rex in domo sua. Can. *duo ista c. 23. q. 4 gloss in l. apud eum. ff de manumiss. vindict. Chass. Catal. glor. mund. p. 11. consid. 13. Molina de primogen. lib. 1. c. 2. n. 24. Calefat. de Ord. Equest. num. 87.* quod tamen vix observari contingit, incivileque foret etiam minorem in domo

domo sua non honorare velle dextra. Secundo major minori postponitur, si lex, sanctio vel pactum obstaculo sit, ita inter equites aurei velleris non qui dignitate majori perpollet, sed, ea quisque loci prærogativa gaudet qua prior in ordinem receptus est, excepto Imperatore Regibus & Ducibus. *Lymn. de I. p. lib. 4 c. 9. numer. 46.* Tertio majori dignitati non debetur prærogativa, si illa non sit ordinata ad illum actum, pro quo tractatur præcedentia, *purpuratus in l. 1. num. 195. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd.* Gratian. *discept. forens. c. 298. num. 1. in fin.* Sic Rex Bohemiæ & Electores in Comitiis imperii, regibus præferuntur.

6. Quod si pares dignitate, hoc est Regnum cum Regno, Rex cum Rege, Dux cum Duce, Princeps cum Principe, &c. de præcedentia disceptet; consuetudo imprimis inspicienda & observanda est quid scilicet hactenus observatum fuerit in processionibus ac præcedentia: uti expresse

preſſe decidit Aloyſius Riccius *deciſ.* 1446. Et huic obſervantiæ ac conſuetudini in tantum ſtatur, ut licet aliter de Iure cenſeatur, nihilominus illa obtineat, quam uſus longævus firmavit, *c. ſtatuimus de maior. & obed.* quod multis exornat Menoch. *conſ.* 257. *nu.*37 *cum ſeq. & conſ.* 784. *n.* 1. *Calefat. de ord. Equeſt. pag m.*597. aliique complures quos adducit, Knich. *de Saxo. non provoc. iur. verb. Ducum, c.* 2. *nu.*137. quo fundamento uſus eſt Ferdinandus Imperator, in dirimenda lite Ducis Florentini & Ferrarienſis: ita ſcilicet obſervatum fuiſſe in Aula Caroli V. Rom. Imperatoris, Oratores Florentinos præceſſiſſe Ferrarienſes. *Piſto. conſ.* 51. Et hinc eſt, quod Knichen ait: Germaniæ Principes in Comitiis fundare ſeſe, concertantes in nuda ſeſſuræ poſſeſſione vel quaſi, allegando actus hinc inde exercitos. *c.* 2. *verb. Ducum, de Saxon. non provoc. iur.*

7. Quin & generis, familiæque anti-

antiquitas, inter æquales, prærogativam sessionis tribuit, *l. 1. C. de Consul l. 10. c. quorundam, &c. statuimus, de maior & obedient. Decian. resp 19. n. 229. & 234.* quo enim antiquior, eo illustrior putatur nobilitas, quæ ex antiquo deducitur, *l. 1. de censi. l. providendum C. de postul.* Verum Irenicus *in Exegesi Germ. l. 3. cap. 2.* vehementer invehitur in Germaniæ Principes, quod suasu adulatorum, aut Romani aut Trojani esse volunt, inquiens, Nos totis viribus insanire, dum è prædonibus, proditoribus, pastoribus, nobilissimos ortus, à malo dæmone persuasi, reducimus; quasi Principes non sat illustres videantur, nisi à Midis & Falconibus, per Fabulosas umbraticorum stemmatum imagines, generis sui primordia auspicentur. Plato ait, Neminem Regem non ex servis esse oriundum, neminem non servum ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit, (inquit Seneca Epist. 44) & sursum deor-

sum fortuna versavit, & paulo post; à primo mundi ortu usque in hoc tempus perduxit nos ex splendidis sordidisque alternata series. Et quantæ impudentiæ sit, in familiæ antiquitatem in multis annos inquirere, pulchre & subtiliter explicat Boccalin. *Ragg. di Parnass. cent* 1. *Ragg.* 50.

8. Inter pares dignitate, illæ præferri meretur, qui antiquius obtinet, Regnum: exemplo Augusti, qui pro ut respublica quæque antiquitate superior exitit, ita dignitate voluit esse priorem. *Bod. de republ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 149. Hinc Imperator Rom. Germanicus. Græco præfertur, quod hujus Imperium primum Constantini M. illius vero, Cæsaris Augusti tempore initium sumpserit. *vid. Goldast. in Seniore lib.* 1. *c.* 16. *n.* 7. Hoc quoque fundamento in prærogativis Regni Gallicani probandis, usus est Carol. Molinæ. *tract Monarch. Francor.* passim, ubi ait: nullam Monarchiam, nullumque Regnum tam diu durasse, quam

quam Francorum; jam ultra mille sexcentos, triginta duos annos perseveraſſe. Hiſpanicum vero Regnum recentiſſimum; diutius ſub Romanorum ſervitute manſiſſe Hiſpanias, quam Provincias Gallicanas. In Imperio quoque Rom. Germanico, ille non præfertur qui antiquior Dux, Princeps, ſed qui Ducatum antiquiorem & eminentiorem nactus eſt, per ea quæ tradit *Marc. Ant. Natta conſ. 638. n. 31. & 32. vid. Reinck. 1. claſſ. 4. c. 16. num. 37.*

9. Eum quoque præferendum eſſe volunt qui potentia majori, opibuſque nititur: Menoch. *conſ. 126. nu. 26. tom. 3. Cephal. conſ. 615. num. 137. l. 5. Fich. conſ. 77. num. 15. tom. 1.* quo argumento Hiſpanus, Gallo præferri vult. Illud certum eſt, multitudine ditionum & provinciarum poſſeſſionumque opulentia, Gallum ab Hiſpano longe ſuperari, cujus ſi unita eſſet potentia, nulla mundi monarchia ei æqualis foret: at argumentum præro-

gativæ ab opibus recte duci, negant Arumæ. *ad A.B. disc. 4. thes.* 1. Lymnæ *de* 1 *Publ. l* 4. *c.* 9 *num.* 84. *& seq.* Knich. *de Saxon. non provoc. iur. verb. Ducum, cap.* 2. *nu* 81.

10. Pluralitas item titulorum prælationem tribuit. *Knich. d. l. num.* 91. *Matth. Steph. lib.* 2. *de Iurisd. part.* 1. *c.* 4. *n.* 80. *fol.* 119. *Nolden. tract. de Stat. nob.* Hinc Comes & Baro, Comitem simplicem sessura antevertit. *Bald. l. sed & milites in princ. ff. de excus. tut. Frecia autor. & potest Baron. tit. quis dicatur Comes. nu.* 45. *fol.* 103. *l.* 2. Ad hoc autem ut quis ob pluritatem titulorum alteri præferatur, requiritur ut aliquam habeat dignitatem, ob quam alteri, cui præferri vult, in dignitate similis sit v. g. Comes etiam duodecies Comes sit, tamen non præfertur Duci, sed Comiti qui unum vel pauciores Comitatus obtinet. Et si hoc observatum fuisset in Concilio Basilensi An. 1433. vix inde Dux Burgundiæ Electoribus Germaniæ prælatus fuisset,

fuisset, quod sexies Dux, quindecies Comes esset.

11. Dignior censetur qui à digniori manu accepit dignitatem. *cap. per tuus de maior. & obed. ibid. Dd. & gloss. Peregrin conf. 3. nu 34. vol. 2. Rodolphi. d. Ducib. Ital. nu 70. Menoch cons. 126. num. 34. lib. 2.* Hinc Duces, Comites, Barones, Nobiles, ab Imperatore creati; præferuntur iis, qui ab aliis Regibus, ac Austriæ Archiducibus dignitatem acceperunt. Pet. *Calefat. de ord. Equest. nu 45.*

12. Vbi inter pares dignitate, de sessione controversia movetur, seniorem juniori jure Divino, Naturali, seu Gentium, Canonico, Civili, Communi, & in specie Iure Aureæ Bullæ, Feudali & Saxonico præferendum constat. *Dauth. de testam. fol. 7.* &c. Ita enim regula ponitur in *l. si ita fuerit. ibi qui natu maximus ff. de reb. dub. l. semper ff. de iur. immunit. libro 2. C. de offic. præfect. prator l. 12.* Vnde si unius familiæ, diversarum tamen linearum

nearum Principes concurrant, non considerata primogeniti linea, solo ætatis ordine servato, incedunt. *Lymn. 4. cap. 9. num. 71.* Consuetudo etiam anteponens minorem majori natu, nullius ponderis existimatur. *c. statuimus ubi CC. de maior. & obed. Iohan. Baptist. Ferret. cons. 21. 240. vol. 2. Decian. respons. 21. num. 65. cum seqq. vol. 1.*

13. Temporis quoque prioritas, quo quis ad dignitatem evectus est, prælationis tribuit prærogativam: sic inter Duces, Marchiones, Comites præfertur is, qui prior dignitatem acquisiverit, idque Theodosius & Valens inter consules olim constituerunt, *in l. 1. Cod. de cons. lib. 12.* quis enim (inquiunt) in uno eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem? Fuit etiam mos antiquitus Christianis Regibus & Principibus, ut is in Comitiis præferretur, qui prior Christianismum professus erat. Supradictam nonnulli

ta limitant, nisi is posterior, antea alibi fuerit in majori dignitate constitutus, propter quam aliis præferri debebat: quod & dubitationem habet, cum Episcopus alibi Canonicus, antiquiores non præcedat uti vult Reiger *in thesaur. iuris § sessio numer.* 1. an vero is, in quem resignatum est, resignantis locum occupet, disputat Cothman. *cons.* 95. *vol.* 2.

14. Præfertur & is, qui majori libertate gaudet; sic Venetiarum Princeps, cæteros Italiæ Principes præcedit, item Duces, Comites & Barones Imperii Rom. Germanici cæterorum regnorum Ducibus præferuntur. *D. Besold. de praced. c.* 2. *n.* 12. adde Boccalin. *Ragguag. di Parnasso. cent.* 2. *ragg.* 8. ubi Doctorem, natum in vili pago propriis legibus tamen, vivente, Baroni Neapolitano præfert.

15. An universitas vel Respublica, quæ titulo dignitatis caret, Duci, Marchioni, Comiti, &c. præferri debeat? olim inter Ducem Ferrariensem & Rempubl.

Rempubl. Florentinam, cum Aristocratice adhuc gubernaretur, disputatum fuit, de qua controversia vide *Thuanum. l.* 31. 35. 87. 44. Certe si libera respubl cum absoluto Rege, Duce, Marchione &c. concurrat, vel subalterna respubl. quales sunt imperiales civitates, cum subalternis Principibus, Ducibus concurrant, dubium non est, quin illi, qui personali dignitate pollent, eademque cum Republ. gaudent libertate, ei præferantur, propter dignitatem personæ. At de Comite Mediate subdito, & civitate subalterna, major est dubitatio; at consul civitatis subalternæ vel patritius adversus talem Comitem eodem argumento quo Doctor ille, apud Boccalinum, contra Marchionem Neapolitanum, dignitatis prærogativam hic sibi vindicare posse videtur. *vid. Decian. conf.* 19. *vol* 3. *num.* 18.

16. Legatus autem Principis præcedentis, principi dignitatem minori præsenti, in sessione non præfertur: uti

uti disponitur in Aurea Bulla Caroli IV *tit* §. 52. *wan aber ein Churfürst/vid. Guetta cons.* 1. *nu.* 6. Jn præsente enim Principe, reverâ Majestas; in Legato tantum dignitas aliena; in Principe rei veritas; in Legato effigiata & adumbrata est. Ut autem umbra cedit luci; ita Principi Legatus. Quamvis enim fictio tantum operetur, quantum rei veritas ipsa: ut repent Doctores communiter, tamen ubi veritas & fictio ad idem collimant, veritas prævalet fictioni, *l.* 23. *ibi Gothofred. & Bart. ff deliberis & posthumis.* Jdeo Calefatus (*de ord. equest.* 123.) erroris reprehendit Chassan. cum in Catal. gloriæ mũdi, *part.* 12. *consid.* 58. quod Ducem Venetiarum, Sabaudiæ Duci postponat ex eo, quod Dux Sabaudiæ, Legatis Venetis per Ludoicum Regem Francorum præpositus esset, cum è contrario ex eo præcedentia Ducis Veneti cum Duce Sabaudiæ arguatur, si enim pares dignitate fuissent, nulla fuisset controversia inter Legatum & Ducẽ

ipsum, quin ille huic cedere debuisset, Ratione sessionis.

17. Ratione sessionis & honoris, officium Judicis, quandoque judicium possessorium, aut actio injuriarum competit: *VVehner. verb. Session ex Baldo & Felino; copiose Nolden, de stat. Nob. p.* 19. unius enim prælatio, sine contumelia alterius, non procedere potest; ut inquit *Tertul. apol. c.* 13. in controversia vero sessionis inter Imperii Status, competens judex est Imperator. *Aru. de Com. c.* 8. *n.* 106. *& seq.* Hoc tamen hic notandum, urbanitatem, juri præcedentiæ, utpote quæ à jure communi ac consuetudine pendet, nec in partium potestate sit, non præjudicare, ut tradit Bartol. *in lib.* 11. *cap. de dignit. lib.* 12. *& in C.* 1. *quis dicatur Dux in usib feudor. Raiger. in thes. Iurist. titul. sess n.* 8.

18. Modi, quibus hæ de sessionis prærogativa inter Imperii Status contentiones, sopiri possent, ne in Comitiis publicum bonum impediatur, va-

rii ab Interpretibus adferuntur: quidam Judicis sententiæ eas definiendas, & interea lite pendente in sessione & votis alternandum esse putant; uti familiæ Pomeranica, Wirtenbergica, Hassiaca, Badensis & Meckelburgensis absq; juris sui præjudicio inter se An. 1640. in comitiis Ratisbon. convenerunt alii Judicio sortis hanc controversiã terminari posse; alii, ut unus in Senatu præsideat, alter vero prius suffragiũ dicat; aut etiã, ut unus in Senatu & prius sedeat, & votũ proferat, sed alter in subscriptione Recessus præponatur: alii denique ut inter Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, Duces, Principes, Marchiones, Landgravios, Comites, Barones, cæteroſq; Status, is præferatur, qui prior accesserit, vel cujus Legatus mandatum suum in Comitiis, Moguntinensi Cancellario prior intimaverit: ad exemplum Senatus Polonici, qui de Legatis in universum censuit, uti quisque prior Poloniæ fines ingressus esset, ita di-

dicendi ordine priorem futurum, *Bod. de Repub. lib. 1. cap. 9. fol. mihi 146.* Quidam etiam alteri cedunt, cum protestatione de non præjudicando, quam actis inseri curant; quod in concilio Tridentino usuvenit, inter Serenissimi Bavariæ & Venetiarum Ducis Legatos, *Pet. Iustinian. de reb. Venet. l. 14. in fin.* sæpius etiam lis hæc sublata fuit, extraordinariam sedem alterutri assignando: solet etiam quandoque decerni, vel ab eo qui præsidet, vel à majore parte conventus, ut nulla loci ratio habeatur; qui modus commodissimus & expeditissimus est: ne hujusmodi controversiis exacerbati, de propositis male conveniant. Huc quoq; pertinent ceremoniæ quæ inter Magnates observari solent; sic receptū est, ut in conventibus, minores primo loco se sistant, majoremque expectent, verum cum Clemens S. Pontifex, & Fraciscus I. Galliæ Rex Marsiliæ convenirent, Rex parum ab urbe recessit, spatiumque Pontifici reliquit, ut ab i-

tineg

tinere respiraret, antequam eum visitatum veniret. *Michael de Montagn l. 1. des essais c. 13.* Si tamen in loco, cujus major est Dominus, conventus celebrandus, plus esse dignitatis ajunt, si major primus adsit, cæteri sequantur eumque accedant.

CAPUT III.

De Legibus, totum Imperii Corpus dirigentibus.

1. HActenus de Imperantibus & subditis, nunc de legibus, quibus totum hoc imperii corpus regitur, agendum. Quemadmodum homines absque societate mutua vivere nequeunt: sic nulla civitas absq; legibus diuturna, nunquam enim reperta est multitudo hominũ tam justa, quin legibus coerceri debuerit, quas Anacharsis etiã huic nostro ævo haud inconvenienter telis aranearum comparavit, quæ infirmos invalidosque implicent, à potentibus verò perrumpantur. Plutarchus *in Solone.*

2. Legem rectè definit Wesenbe-

cius *in parat. lib. 1. t. 3. n. 2.* honestum legitimæ potestatis decretum, ad tuendam Reip pacem, moresque ac judicia regenda; publice factum & conscriptum.

3. Dividitur lex in legem specialiter sic dictam, & consuetudinem: Lex in specie sic dicta, vel est Divina vel Humana. Divina est, quæ Deum immediatè habet authorem. Lex tamen Mosaica, olim à Deo populo Israelitico data, Christianos hodie non obligat, cum vetus illa lex, in ipso articulo mortis Christi Salvatoris nostri, cum inquit *consummatum est*, abrogata esse censeatur. *R. P. Martin. Becan. in Theol. Scholast. part. 2. tract. 3. c. 4. quæst. 9. n. 11.* Humana lex, vel est naturalis, vel civilis: Lex naturalis est, quam cum divina providentia. §. *penult Inst. de I. N. G. & C.* ipsa rerum Natura prodidit. §. 11. *Inst. de rer. div.* & quodammodo cordibus hominum insculpsit, *Rom. 2. vers. 1.* Et hanc naturam, omnis constitutio civilis spe-

ſpectare ac inſequi debet, haud ſecus ut nautæ ad Cynoſuram reſpiciunt, ad eamque ſuum curſum dirigunt. *Duaren. ad l. 1. de pact.* ideoque in jure noſtro ubi deficit lex poteſt allegari ratio naturalis. *ſcire oportet. §. ſufficit ff. de excuſat.* Hujus juris exempla in jure paſſim obvia: ut ſunt, maris & fœminæ conjunctio, liberorum educatio, defenſio, cum ſimilibus. *Vid. Tib. Decian. tract crim. l. 2. c. 6. per tot.* Civilis verò lex, vel eſt de regno ineundo, vel regendo. Leges civiles de regno ineundo, dicuntur leges fundamentales, vulgò Majeſtatsbrieff/ Hauptfeſtin Landesfreyheit/ quod iis ipſa Reipubl. fundamenta & nervi, tanquam arcta catena & ſpiritu quaſi vitali colligantur; & nihil aliud ſunt quam conditiones, quæ futuro Imperii gubernatori, utiliter Rempubl. adminiſtrandi, juxta morem patriæ proponuntur. Et de his legibus intelligi debet; quod habetur 2. *Reg.* 3. *v.* 21. *&*

c.5.v.3. feciſſe Reges fœdus cum ſubditis ſuis, ab initio Regni. Dicuntur & hæ leges fundamentales, Majeſtas realis & Imperii, quod Imperio ac Reipublicæ inſeparabiliter ſint conjunctæ, eique coævæ, ac in interregnis alterationibuſque perſiſtant; nec ab Imperante mutari poſſint. *Arum. diſc.1.th.7. Johan. Marrian. d. Inſt. Reg. 1.c.8. Cunæ de repub. Iudæorum 1.c.9. ad fin.* Cum minimè par ſit, Perſonæ alicui, talem competere poteſtatem, quæ Statum formamvè Reip. evertere queat. Majeſtas namque realis, totum corpus Politicum concernit, in eaque ideo ſinguli etiam jus quoddam habere, & ad dominium magis, quàm ad adminiſtrationem pertinere cenſetur. *D. Beſold. de Majeſt in genere §.4.* Tales in Imperio ſunt leges. 1. Aurea Bulla, à ſigillo aureo, quo munita, ſic dicta. à Carolo IV. Imperatore aſſidentibus Imperii proceribus Norimbergæ. Anno 1656. lata. quæ tamen perpetuo rerum humа-

manarum fato, suis vicibus, mutationibusque obnoxia fuit, imo Marquard. Freherus *de tut. Elect. testam.* c. 2. septemdecim recitat puncta, in quibus hodie ab aurea Bulla recessum est. ut dubium non sit, Imperatorem annuentibus, vel saltem non reluctantibus imperii ordinibus, præscripta hujus Bullæ immutare posse exemplo eorum quæ hactenus in Imperio contra Bullæ aureæ tenorem processerūt.

II. Capitulatio Imperatoria, qua electo Romanorum Regi à septem viris certæ conditiones de regendo imperio, proponuntur, nullum fere dabis regnum, quod electione defertur, ubi non Principis potestas certis cancellis includatur. imo apud Barbaricas gentes Mexicanos & Tartaros idem inoleviſſe. testantur. Acosta l. 6. c. 24. hist. Ind. & Bronion. p. 7. de reb. Tart. sed hujus Capitulationis capita sparsim hic explicata.

III. Augustissimus Imperator Ferdinandus II. *p m.* in edicto suo Anno

1629 6. Martii promulgato Pacem religiosam Anno 555. in comitiis Augustanis à Carolo V. Jmperatore cum statibus jmperii sancitam, imperii legem fundamentalem appellat, cujus originem paucis accipe. Principes imperii novis dogmatibus seducti, spreta orthodoxa religione, bona Ecclesiastica, quibus jam ante inhiabant, sibi usurpatunt; unde magnæ ad Cæsarem querelæ, hic variis bellis occupatus maxime Turcico, præsidia contra Turcas à protestantibus aliter obtinere non potuit, quam iis Ferdinandus I. Jmperii Vicarius Religionis libertatem invasaque Ecclesiæ bona ad Cæsaris adventum usque & Concilii celebrationem relinqueret. post pax in diversis tentata Comitiis, sed indies defectiones, devastationes, irruptionesque in Ecclesiæ bona secutæ sunt, tandem bello Schmalcaldico infeliciter gesto, captoque Saxoniæ Electore, & Cæsar de tota triumphans Germania, Catholicam religio-

gio-

gionem fere omnino restituit, libellumque intermisticum promulgavit Anno 548. quo iis, qui ex sacris ordinibus Apostatæ uxores duxerant, relinquebantur, & qui usum habebant sub utraque specie communicandi, talis permittebatur ad Concilii celebrationem. restituitio item bonorum Ecclesiasticorum mandebatur, hic libellus, licet à plerisque, a multis tamen non fuit receptus. Mauritius dux Saxoniæ cum à Cæsare cum copiis suis ad Regem Galliæ deficeret, multisque bellis premeretur Cæsar Rex Ferdinandus Passavii, cum protestantibus ita transegit, ut intra sextum mensem Religionis dissidia componerentur, interim quilibet suo jure viveret, pacemque haberet, nec quisquam in possessione sua turbaretur, donec Anno 555. pax religionis augustæ inita, quæ tamen apud Protestantes haud diu tenuit, sed contra hujus transactionis fidem nova inventio in bona Ecclesiæ facta, hinc innumeris

Ecclesiasticorum querelis & accusationibus repletum aulicum & Spirense jmperiale judicium, his tandem Cæsar Ferdinandus II. *p. m* fatigatus, Edictum de restituendis bonis contra pacis articulos occupatis publicat, undè inter utriusque religionis proceres atrox illud adhuc & arduum bellum.

Lex, quæ est de imperio regendo; est vel generalis vel specialis. Generales sunt, Recessus Jmperii, Reichs Abscheidt, constitutiones item Jmperatorum Germanicorum, quas diligenter collegit Melch. Goldast. quæ tamen indistinctè legis vigorem obtinere non censentur: cum multa rescribantur, quæ tamen Principes ipsi rescriptorum & legis loco habere nolunt. *Cuiac. 17. observ. 31. vid. Arnold. Engelb. de Iurisd. Imp. thes. 66. lit n.* Leges speciales, dicuntur Privilegia: Est autem Privilegium lex, in unum aut paucos cives lata, sive ad eorũ cõmodum, sive detrimentum spectet.

Ac

Ac quamvis hodie plerumq; de favorabilibus Privilegium accipiatur, olim tamen irrogatio pœnæ, aut edictum contra aliquem latum, eo nomine appellabatur. *Arnisæ de Majest. lib. 2. c. 3. num. 16.* Hinc Cic. vocat Privilegium legem sive jussum populi, de ipsius domo demolienda; quia erat lex privata, in privatam personam scripta; Privilegia quæ commodum adferunt magis beneficia appellari convenit. Sunt autem Privilegia in duplici fere differentia, Personalia & Realia. Personalia sunt, quæ personam concernunt, nec ad hæredes transeunt, sed cum persona cui indulta sunt, exspirant. *l. in omnibus 68. de. R. I. Privilegia 196. eod. l. 1. §. fin. de const. Princip. l. sordidorum 13. C de excusat. mü. l. 12. Cod. de prox. Scrin. Sacr.* Realia vero sunt, quæ certæ alicui rei aut causæ concessa, ad quodvis successores transeunt. *l. 3. §. 1. de censib l. non solum de integ. rest. lib. 42. de administratione & peric. tutorum l. dabimus: 4. §. 1. de privil.*

Cum privilegia leges sint privatæ; ac legum abrogandarum potestas, in arbitrio resideat Majestatis: exinde sequi videtur, ea sui natura revocabilia esse: si nempe precario, non per modũ contractus, aut donationis fuerint concessa. Quippe Privilegiis ita proprie dictis, tacite hæc clausula semper inesse censetur: Rebus sic stantibus permanentibusque in eodem statu. *c. suggestum. de decimis, c. 1. de cognation spirituali c. penult. de præscript. De Besold. in delibat. jur. ex l. 1. Pandect. quæst. 13. fol. 43.* Privilegia autem, sicut & leges Principe mortuo nullam vim retinent, nisi consequentium Principum, authoritate vel consensione tacita sanciantur, aut confirmentur. *Bod. de republ. l. 1. c. 8. p. m 133. Græva pract. concl. l. 2. concl. 1. in pri. Knich. de jur territ. c. 3. num. 208. Rosenthal. de feud. cap. 6. concl. 68. n. 1. Bar. Enenckel. de privil. l. 3 c. 20. num. 5. & 11.*

5. Consuetudo est lex, quam usus frequens, inveteratus & æquus, tacita com-

communi assensione comprobavit *l. 1. & 2. quæ sit long. consuet.* Quæ licet authoritatem legis obtineat, ac legi deroget, eamque populus introducere, possit; inde tamen non sequitur populum legis ferendæ aut abrogandæ habere potestatem: cum consuetudo precariam vim habeat, & quamdiu Principi videbitur. Nec enim consuetudo authoritatem legislatoris infringere debet: *Oldendorp. in princ. class.* sed in magistratuum officio ac potestate positum erit, leges, quæ consuetudine quodammodo exoleverunt, ad usum revocare. *l. 2. C. quæ sit long. consuet.*

Caput Ultimum
De Academiis.

1. Magistratus boni officium est non solum in præscribendis congruentibus legibus desudare; sed & in id incumbere, ut juvenes ac adolescentes, non otio & quos hoc comites habet individuos, vitiis corrumpantur, sed virtutem imbibant, pietatem

tem hauriant, & pro subjecti captu, scientiarum nectare inebrientur. Ad hoc Scholæ, Gymnasia, Academiæ prosunt. Quibus tantum olim Imperatores ac reges habuerunt honorem ut Scholares ac studiosos Conscholasticorum, sociorum, ac Fratrum nomine compellare, dignati fuerint: uti de Philippo Imperatore testatur Helmold. *Hist. Sclavon l.7.c.14* ac de Iohanne II. Filio Ferdinandi Arragonũ Regis, ex Lucio Marineo, Piccartus. *Decad.7.c.1 fol.4.* Parisiensem Academiam, non nisi filiam suam, indigitare solent Galliæ Reges. *Belle foreſt. l.3. de la Cosmographie tit. de l. univerſite de Pariſ fol.235.* Inibique Rector, in publicis actibus, Nuncios summi Põtificis, Cardinales, Pares Franciæ, & Legatos Principis cujuscunque præcedit. *Pierr. Bonſons des antiquit. de Pariſ c.13 fol.116.b.* Paucis: Academiæ sicut Tyrannis fuerunt exosæ: ita optimis Gubernatoribus Rerum publicarum, curæ semper, cordique fuerunt.

runt. *Panegyristes Molsheimens. libro* 1. *c.* 5.

At Moscoviæ Princeps litteris in suis prohibet tanquam instrumenta rebellionis *vid. Boccal. Pietra del parag. polit. p. m* 66.

2. Academiæ autem nostræ, & alio nomine Universitates indigitantur: quod genera artium universa, earumque Encyclopediam complectuntur. *Peronius lib.* 1. *de Gracor. & Rom. Magistr. in fin. Panegyrist. Molsheimensis. l.* 1. *c* 4. Quamvis in Italia, Gallia etiam Academiæ vocari soleant, Collegia Civium Nobiliorum, ubi vel Poësis, vel studia liberalia reliqua, etiam in lingua Hetrusca excoli solent: imò Galli Academias habent lusorias, easq; eo nomine dignantur. *vid. Lans. de Princip. Provinc Europ. pag.* 300. Nomen autem Academiæ, ex loco desumptum est, ubi olim Athenis docebat Plato: qui olim: ut hodie Aristoteles, summæ sapientiæ habebatur *l.* 2. *ff. de Nundin. Steuch. de perenni Philosoph.*

soph. Limn. de Iur. publ. 8. c. 1. num. 6. & seq.

3. Universitates ac Academiæ ab Imperatore fundari, confirmari, privilegiis & immunitatibus exornari solent *Zasius par. 5. feud. n. 14. Ferrat. Montan. l. 12. feud. c. 1. vers. quandocunq; idem lib. 5. c. 7. vers. Regalia. Castald. de Imp. q. 110. Cas. 180 Cluten. in Sillogis. thes. 21. lit. E. Matt. Step. de Iurisd. l. 3. part. 2. n. 2. Ordin. Camer. p. 1. tit. 3. §.* deßgleichen. sic Parisien. erecta est à Carolo M. A. 791. cuius privilegia, Colonienſi conceſſiſſe Urban. VI. Papam, A. 1388. 11. Cal. Iul ait Middend. *l. 5. Acad.* ex qua Lovanienſis, tanquã filia prodiit A. 1426. Sunt autem in Germania multæ Academiæ, quæ à ſolo Pont. Max. fundatæ, ac privilegiis dotatæ ſunt. In Tubingenſis enim Academiæ fundatione, haud Imperatoris mentio fit, ſed ſolumodo ibi narratur: daß dieſe damahl new angehende Schul / von dem Heiligen Stull zu Rom / mit Päbſtlicher vnd volkomentlicher Fürſehung/be-

ga-

habt seye. Ac diu post Imperatorum demum auctoritas accessit. Nos & Pontificis summi, & Imperatoris, in fundanda Academia, requirimus auctoritatem: illius, quod Academias constituere, sit quid spirituale: hujus, quod hic solus Academiis, Professoribus, ac illis, qui discendi causa, in iis versantur privilegia & immunitates (sine quibus Academiæ vix subsistere possunt) concedit. *Authent. habita C. ne filius pro patre. Hunn in Comment. Matth. Stephan de Iurisd Academ. l 2. c.3.* Sic Heidelbergensis à Ruperto II. erecta A. 1346 ab Urbano VI. firmata est & primus rector creatus Marsil. de ingem. S. Andr. Colon Canonicus.

4. Constant autem Academiæ, rebus & personis. ad illas referimus ædes, agros, reditus: ex quibus talia salaria Professoribus sunt constituenda, quæ non tantum sufficere profitentibus; sed ad honorem eorum pertinere videantur: quo facilius ad id munus viri præstantes, doctioresque alli-

alliciantur, *arg. l. qui filium. 4. ff. ubi pupill. educar. deb. Lymna. in disput. de Academ. thes. 3. ad fin.* ubi monet; salaria antiquitus constituta augeri debere. Cùm, ut Decianus enuntiat, *vol. 1. resp. 14. n. 52.* mutato temporum feliciorũ statu ad eam devenerimus omnium rerum caritatem, ut quæ stipendia, annis superioribus majora videbantur, nunc vix inter mediocria connumerari queant: eò quod annona, & cunctæ humani victus expensæ, creverint in triplum; nec feliciorum tẽporum, adpareat fere spes ulla. Ac certè, hodie multis in Academ. Salaria Professorum tam exigua sunt, ut ea ad sumptus necessarios vix sufficiant. Hinc eruditiorum querulæ voces enatæ:

Sunt mulæ Musæ, nostraque fama fames.
Cura mihi Aonides, semper mihi numen Apollo;
Nocte dieque illi barbita nostra sonant.

Sed

Sed mihi quid fructus dulcissima barbita præbent.
Qua tandem Aonides utilitate juvant.
Pauperies me dura premit, sævique labores,
Atque arcere hyemem vix toga sarta potest.
Da rogo consilium votorum inspector Apollo,
Nam te dulce sequi, sed mihi egere grave.

5. Inter Academicas personas primus occurrit Rector. Qui in Germania à Professoribus fere eligitur, *Middendor. de Acad. l. 3. c. 13.* Hic Coloniæ à quatuor Facultatum deputatis, quos Intrantes vocant. In Italia verò & Gallia, Scholares, sive consiliarii nationū eligunt eundem, & illi in se dant Jurisdictionem. *Accurs. in l. 6. ff. de Iurisd. Bartol. in. 5. tit. eod.* Magistratus is, non solet esse perpetuus, sed vel annuus, vel semestris, vel trimestris. *Middendor. d. c. 13. D. Besold. de Acad. c. 3.*

c.3.§.1. Legitime autem electus, nisi causas alleget rationabiles, officium suscipere cogitur, sub mulcta duarum marcarum argenti puri hic coloniæ; ne tamen sæpius contra voluntatem suam fiat, quam semel. *Midd. lib. 1. Acad. p.* 143 Hujus officium est, nomina studiosorum in matriculam referre, deque causis ad universitatem pertinentibus cognoscere. Causæ vero de quibus Rector cognoscit, sunt civiles & criminales. Illarum cognitionem Rectori in Authent. habita. *C. ne fil. pro patr.* à Fri. Imper. esse concessam, omnes fatentur. De criminalibus Dd. dissentiunt. Hæc quæstio, cum ad hypothesin descendimus, inutilis esse videtur: ut & Paurmeist. censet. Quippe cum hæc res ex fundationibus sit dijudicanda: & Principi fundatori, leges suæ largitioni dicere licear, quas velit. Sic in Academiæ Cracoviensis fundatione, jurisdictio Rectoris, ad leviora tantum crimina restringitur. *Stat. Polon. §. Schola fol.* 442.

Et

Et in specie de Parisiensi refert *Bodin. lib. 3. de rep cap. 7 pag.* 439. præfectum urbi duos scholares sua sententia damnatos & suspensos, de furca tollere, defunctos osculari & honorificè sepelire coactum fuisse: uti ex monumenti inscriptione in templo Maturinorum erecti conspicitur. *Heig. p. 2 q. 11.*

Modum appellandi à Magnifico Domino Rectore Colonienſi ex libro Rectorali hic adjicio: ANNO 1445. in profesto S. THOMÆ habita Congregatio Universitatis apud Augustt publicatæ sunt deliberationes Dominorum Deputatorum per Universitatem super punctis ipso die S. Dionisii Vniversitati propositis. Et primo ne de cætero appelletur à Dño Rectore Vniversi vel sententiis ejusdē ad alium extra Universitatē & de modo appellandi à sententia Rectoris deliberaverunt Domini Deputati quatuor facultatum concorditer quod in causis parvis duos scilicet florenos Rhenenses aureos non excedē-

tibus

tibus non deceat aliquo modo à sententia Rectoris appellari. in causis autem majoribus duos florenos aureos excedentibus poterit pars gravata à sententia Rectoris ad Universitatem melius informandam appellare, Et illo stante Rector convocatus quatuor Decanis eorum consilio mediante debet parti appellanti aliquem de Magistris Universitatis judicem appellationis constituere, causam eandem eidem committendo nullo autem modo est extra Universitatem ad aliquem judicem per suppositа Universitatis à sententia Rectoris appellandum, quæ deliberatio est per totam Universitatem in eadem jam cõgregatione approbata & declarata de cætero per modum statuti irrefragabiliter fore retinenda.

6 Cancellarius plerumque loci Episcopus est, hic Coloniæ verò, Reverendiss. Illustrissimi Capituli Metropolitici Præpositus. Qui quasi legatus est summi Pontificis, ad hoc præcipuè con-

constitutus, ut advigilet ne indigni ad honores & gradus Academicos evehantur. Quocirca Candidatorum Examinibus interesse potest. Eidem post Examen sistitur Candidatus, & ab eodem licentiam conferendi gradum Promotor petit. Verum Cancellarii, si Principes sunt, plerumque Procancellariis vices suas demandare solent. Ac aliquibus in locis, ad eum tanquam superiorem appellari solet. *D. Besold. d. Appellat. c. 4. sect. 1. 7.* Academ. plerumque quatuor Colleg. complectuntur, Theologorum, Iurisconsultorum, Medicorum, & Philosophorum; quorum quodlibet sibi elegit *Decanum* : ac quilibet *Decanus* causas Collegium suum concernentes, moderatur ac procurat : *Matt. Steph. hic c. 4. num. 6.* primumque in Collegio locum obtinet, ac Rectori in eo præfertur; secus tamen in publicis actibus.

8. Ad potestatem privilegiatis Academiis concessam, facultas cùmprimis creandi Doctores, Magistros &c. pertinet. Verum has promotiones sæpius indignis confetri notum est, & jam olim censoriâ notatum virgulâ:

Dignus & indignus pariter nunc ambit honores,
Atque ablativus casus utrumque beat.

Adeo ut magna sæpius differentia fiat, inter Doctorem; & Doctoris titulo insignitum.

9. Gradus hodie triplices sunt, Baccalaurei, Magistri, Doctores. Baccalaurei sunt, qui confecto Literarum Humanitatis tyrocinio; in celebritate Academiæ, publicum progressus sui testimonium acquisiverunt, *Pont. vol. 1. progymnasm. n. 83. p. 33.* Non est autem Baccalaureorum una ubique species; Ienæ, atque alibi in Academiis recentioribus, Pontani descriptio non obtinet: tantum

tum enim Philosophorum, ibi hæc dignitas est. Alibi, præsertim in Academiis antiquioribus, Baccalaurei Philosophiæ, Juris, ac Theologiæ sunt. Magistrum dicimus eum, qui decursis Philosophiæ Artium septem spatiis, rite ac solemni ceremonia hoc nomen habet impositum. *Lymn. de Iur. Publ. s. c. 8. n. 31.* Licentiatos verò vocitamus eos, quibus licet summam dignitatem petere, & consequi cum voluerint. *Pet. Greg. Tholos. de art. jur. c. 34. n. 18. p. 556.* Hos Mellodidasculos appellat Duarenus *de sacris Eccles. minist. l. 5. c. 13. §. 2.* Ac hi in duplici sunt differentia; quidam sunt Licentiati, promoti, qui solemnitate publica, parum ab illa, quæ promotionibus Doctorum adhiberi solet, differente, & vel sola bireti vel pilei impositione excepta: *Cupner. ad Authent. habita p. 48.* nomen Licentiati & titulum adipiscuntur: unde in actibus favorabi-

libus, non odiosis, pro veris Doctoribus habentur. *Rutge. Ruland. p. 1. de Commiss. l. 1. c. 14. n. 11.* Doctorumque assequuntur Privilegia. *Felin. in proœm. decret. vers. Greg. n. 18. Iason. in l filia licit. C. de collat. & in l. egregias C. de Iurejuran. Matth. Steph. hic c. 14. n. 48. Lansi. de Academ. fol. 7.* Quidam verò sunt & dicuntur Licentiati, qui privatim & publicè sunt examinati; nec quantocumque tempore petierint sibi gradum Doctoreum conferri, iterum examinari debent. *Limn. de Iur. publ. l 8. c. 8 n. 41.* Summus dignitatum Academicarum gradus, Doctorum est Vocabulum sine dubio à docendo deductum, quod ad docendum apti sunt. *Limn. d. l. n. 44.* Et horum filii si doctorentur non tenentur aliquid solvere pro examine. *Cuppener. d. loc. not. 33.*

10. Studiosi quoque, qui ad Academias scientiarum comparandarum gratiâ advolant, multis insignibus

nibus privilegiis condecorati sunt. Ac primo quidem cives coguntur ijs domos locare, *arg. Auth. habita. Speckh. cent. 2. class. 1. q. 11. n. 4.* habitationib. à Dominis ædium expelli nequeunt, licet ipsi iis indigeant. *Speckh. d. l.* Illorum res, quas studii, aut alias necessarii usus causa transferunt, vectigalium oneri obnoxiæ non sunt. *Sichard. ad Authent. habita. C. ne filius pro patre. Bocer. de regal. c. 2. n. 202.* Mutuum studioso filiosam. datum, à patre rectè repetitur, Contra Senatusc. Macedon. *Speck. d. l. n. 14.* Non coram alio, quàm suo Magistratu conveniri possunt. *d. Authent. habita. Matt. Steph. d. tract. c. 10.* Hæc & similia studiosorum privilegia, non solum studiosos, sed & eos artifices hominesque concernunt, sine quibus litteræ vel esse nequeunt, vel qui cognationem aliquam cum literis habent, ut sunt Typographi, Bibliopolæ, Bibliopegæ, &c. Pedellus, *Middend hic. l. c. 21.* famuli studiosorum.

d. Authent. habita. Late D. Besold. in Polit. de Academ. diss. c. 5. n. 2. uxores l. cum quædam puella de Iurisd. legitimæ tamen, gl. in c. clericum 1. 2. 3. & parentes si excesserint ad filios Scholares visitandum. Coppener not. 90. & 96. Matt. Stephan. hic c. 6. num. 13. Cupper. in repet. d. Auth. not. 7.

In Officinâ Librariâ
ANDREÆ BINGII
Coloniæ reperiuntur & impressi sunt similiter
Bachovius in Treutlerum in 4to.
Zoesius ad digesta in 4to.
Vallensis ad jus Canonicum in 4to.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0486
DFG

MATRICVLA
SAC. ROM. IMPERII.
Oder
Des Heiligẽ Römischen Reichs Anschlag durch die Verordnete Herrn Moderatores zu Wormbs bedacht.

ANNO M. D. LXVII.

Churfürsten.

	Monatl. zu Roß jeder ad 12. fl.	zu Fuß jeder ad 4. fl.	Ordinarie.	Jährl. zu vnderh. der C.	Cum augmento.
Chur Maintz.	60	277	300	500	
Trier	40	184	300	500	
Cölln	60	277	300	500	
Behäim	400	600	.	.	
Pfaltz	60	277	300	500	
Sachsen	60	277	309	515	
Brandenburg	60	277	300	500	

Ertzbischoffe.

Magdenburg mit seinen Stätten.	43	196	190	316

Saltzburg	60	277	225	375
Bisantz	20	50	60	100
Brement mit der Stadt.	30	150	40	66

Bischoffe.

Bamberg	30	182	212	354

Sol die noch vbrige an dem in Anno 57. Erhalten 12. Jahren an diesen anschlag nit mehr als einen Drittentheil/ vnd nach deren enderung die negst darauff folgende acht Jahr den halben theil dieses gesatzten anschlags/ jedoch nach ablauff solcher zehen Jahr den gantzen anschlag zur Reichs hülff wider leisten.

Wirtzburg.	45	208	250	416

Soll die negst folgende zehen Jahr nicht mehr/als den halben theil/vnd nach ablauff solcher Jahren offen gesatzten anschlag wider völlig veranlagen.

Wormbs	2	13	25	42
Speir	18	60	90	150
Straßburg	18	100	77	129
Eychstadt	20	132	120	200
Augspurg	21	100	70	116

Com

Constantz	10	30	60	100
Hildesheim mit der Stadt.	18	80	40	16

Vnnd die weil diser zeit die Herren von Braunschweig deren Stifft mehrern Theil inn haben/ sollen dieselbe inhaber zweien Theil/ vnd der Bischoff mit seiner Statt Hildesheimb den dritten Theil geben/ doch soll der Bischoff nicht mehr dan sechs soldte/ vnnd die Statt Hildesheimb das vbrig / daß es den dritten Theil erreiche/ tragen vnd erstatten/ also daß der gantzer anschlag wird geordnet völlig/ ohne abgang geleistet/ vnd erlegt werde/ vermüge vnnd nach inhalt der hiebeuor ergangenen decreten, vnd soll diese außtheilung einem jederen an seiner Gerechtigkeit vnnachteilig seyn.

Paderborn	18	34	60	100
Chur	8	18	.	.
Haberstadt	14	66	60	100
Verden	50	15	30	50
Münster	30	118	160	267

Wann aber Delmenhorst / vnnd Harbstetten wieder zum Stifft gebracht / alsdann soll er den anschlag Anno 51. Als nemblich 30. | zu Roß vnd

vnnd 136. zu Fuß leisten / wo auch das Schloß Wida mit den sieben Kirßpeien gleichfalß wider zum Stifft kompt/ so soll er den alten anschlag Anno 21. nemblich 34. zu Roß/vnd 169. zu Fuß geben/ alles vermüg der hiebevor ergangenen decreten.

Osnabruck	6	36	30	50
Passaw .	18	78	35	58
Freysingen .	12	80	75	125

Soll doch die negstfolgende 8. Jahr nicht mehr als zwey Drittentheil vnnd nach ablauff solcher acht Jahren disen gesetzten anschlag widerumb völlig leisten.

Kempten	6	24	30	.
Gurck	3	15	.	.
Sackaw	6	24	.	.
Lauand .	5	19	.	.
Bassel .	2	15	30	50
Wallis zu Sittere	0	225	40	.
Regenspurg	8	30	27	45
Meissen .	6	20	45	75
Nawenburg	6	20	45	75
Minden mit seiner State	10	16	30	50
Lybeck .	5	0	30	50

Soll

Soll doch die negstfolgende zehen Jahr nicht mehr dann 3. zu Roß / zur Reichs-hülff/vnnd nach deren ablauff widerumb den gesetzten fölligen anschlag leisten.

	R.	F.	C.	C. a.
Vtrecht mit seinen Stätten Vtrecht Deventer Schwoll. Campen vnd Amarsfort.	5	250	.	.
Camyn	6	28	30	50
Schwerin	10	10	30	50
Genff	3	13	.	.
Cammerich	22	82	60	.

Soll vber die im Jahr 66. von gemeinen Reichsständen außpracht sechs Jährige exemption, nach enderung solcher eximirter sechs Jahr/ die negstfolgende zwölff Jahr zur Reichs anlage nit mehr als den Dritten theil nemblich 7. zu Roß vnnd 27. zu Fuß/ veranlangen aber nach ablauff solcher zeit alsdan den vorgesetzten gantzen anschlag widerumb leisten.

Verdun	14	30	60	100

Dieweil diese 3. Bischtumb vnnd

Stifft Verdun/Metz/ Thull auff gehaltene Reichstäge Anno 66. vmb zwey Drittentheil jhres gesatzten anschlags/durch die Käyserliche Mayest. vnnd gemeine Stände des Reichs geringert vnd moderiret, so haben es jetzo die moderatores darbey bewenden lassen.

Lusann	14	60	.	.
Metz .	20	70	60	100
Thull . .	3	8	30	30
Lüttig mit den dreyen Stätten Lüttig Bunlion vnnd Maestricht	50	170	200	333

Soll aber die negsten zehen Jahr nit mehr/als 40. zu Roß/vnd 160 zu Fuß/jedoch nach auffgang solcher zehen Jahre/disen gesetzten anschlag widerumb völlig verantagen.

Trierd .	84	91	60	100
Brixern .	14	91	60	100
Merschenburg	10	30	75	125
Brandenburg	2	10	30	50
Libus	5	15	30	50
Ratzenburg	5	15	25	41

Doch vorbehaltlich der in An- 59.

auff

auff dem Reichstag zu Augspurg von gemeinen Reichsständen zehen behaltenen moderation Jahren dem nach zwey vbrig in welchen zweyen wie auch in den negsten darauff folgenden Jahren er mehr nicht als drey zu Roß/vnd sechs zu Fuß aber nach vmblauff solcher zeit den gesatzten folligen anschlag zur Reichshülff widerumb leisten soll.

Schleßwick	5	15	50	0
Hafelburg	9	33	40	0

Weltliche Fürsten.

König zu Dennemarck mit seinen Brüdern von den Länden Holstein/ Stormar vñ Ditmarsen.	40	80	140	0
Hertzog Albrecht in Bayren.	80	360	300	500
Ertzhertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund mit seinen Fürstenthumben / vnnd Landen zum Reich gehörig.	110	600	450	750

Herr Philips König zu Hispanien

vnnd Hertzog zu Burgund/ist zum H. Reich angeschlagen von wegen Ihrer K. W. Burgundische Erbland / auch Gellern/ vnnd andern niderländischen Fürstenthumben/ vermöge deß vertrags zwischen Herren Carolo dem V Römischen Käyser/ Sohn Philipsen Hochseligst. Gedächtnus Vatter / von gemeinen Reichständen Anno 48 Auffgericht auff einen gedoppelten anschlag eines Churfürsten / aber im Türcken anlage auff einen gedreifach der gedoppelter trägt sich.

	R.	F.	C.	C. a.
	120	554	600	1000
Hertzog Augustus Churfürst.	60	277	142	238

Von wegen Hertzog Georgen zu Sachsen theil/ dieweil aber von wegen des Vogt-Landts / so von dem Hauß zu Sachsen an die Burggrauen zu Meissen kommen / derhalben das Hauß zu Sachsen vmb 10. zu Roß/vnnd 64. zu Fuß geringert/ so soll dise ringerung dem Hauß zu Sachsen

Sachsen gemeintlich abgezogen/vnd gemelten Burggraven auffgelegt sein.

R. F. C. C. 2.

Hertzog Wolffgang Pfaltzgraff als inhaber Hertzog Ott Hêrich vō Bayeren Fürstenthūb	20	100	0	0
Hertzog Wolfgang von Bayeren Graff zu Veldents.	10	30	80	135
Hertzog Georg Hanß Pfaltzgraue zu Veldentz als inhaber Wilant Hertzog Ruprechts verlassener herschafft.	2	4	0	0
Hertzog Georg Pfaltz Graff Graue zu Spanheim.	3	10	60	100

Vnnd sollen die inhabere deß vbrigen Weilands Pfaltzgraue Johannis

ingehabten theils/an dem fürderen/ vnd hinderen Graffschafft/Spanheim zu Reichs anlagen/5. zu Roß. vnd 16. zu Fuß laisten.

	R.	F.	C.	C. 2.
Hertzog Wilhelm zu Gülich/ Cleue vnnd Berg.	70	323	590	⊙
Marggraff Georg Friderich zu Brandenburg.	34	156	250	456
Hertzog Henrich von Braunschweig der junger vnd Hertzog Erich mit ihren Stätten/ Brunschweig/ Hanouer/ Göttingen/ Northeim vnnd anderen.	40	208	⊙	⊙
Mit Hildesheimb.	59	260	100	166
Hertzog Henrich der Junger vnnd Wilhelm gebrüder/Hertzog zu Brunschweig vnd Lünenburg.	30	120	140	250

Jetzo

R. F. C. C. 2.

Jetzo sein Sohn Hertzog Frantz Otto.

12 0 0 0

Mit der Stat Lunenburg Hertzog Ernst zu Brunschweig zu Grauenhag mit der statt Einbeck.

12 0 30 50

Hertzog Barrin vnnd Philips zu Stettin/ vnd Pomern/ Cassuben vnd Wenden.

84 200 250 416

Hertzog Henrich vnd Weiland Hertzogs Albrechts Erben/ zum Meckelenburg mit jhren Stätten.

40 67 90 150

Hertzog Frantz von Lawenburg.

8 30 90 150

Hertzog Carl von Lotringen Erben.

40 184 200 333

Doch soll er die negst nacheinander folgende zehen Jahr nicht mehr/ als den halben theil/ aber nach anfgang solcher zehen Jahr/ den vorgesetzten anschlag zur Reichshülff widerumb volliglistirn.

Landgraff Philips zu Hessen Erben.

50 260 300 500

Hertzog Christoffel zu Würtenberg.

60 277 300 500

Marggraff Carl / vnnd Philibert vnnd Christoffel zu Baden von wegen Marggraff Philips zu Baden nachgelassener Landtschafft.

24 60 64 107

Marggraff Philipert vnnd Christoffel zu Baden von wegen der Grafschafft Spanheim vnd Rodenach.

6 20 64 107

Marggraff Carl zu Baden Hochberg vnd Rotteln. 8 23 64 107

Landgraff zu Leuchtenberg Georg Ludwig.

6 14 50 85

Alle Fürsten von Anhalt.

12 30 60 100

Inhaber Graue Bertolds vnd Albrechts gebrüder von Hennenbergs güter.

6 20 60 0

Graff Georg Ernst von Hennenberg.

9 24 60 0

Burggraue zu Meissen.

12 30 60 100

Mehr als obstehet von wegen des Voigtlandts. 10 46 47 79

Welsche Fürsten.

Hertzog von der Mast.

12 135 90 .

Hertzog Carl von Sayhoi Sohn Emanuel Philibert. 69 377 300 0

Doch

Doch soll er mitlerweil biß daß er widerumb zu seinen Landen vnnd Leuten kompt/nit mehr dann 20. zu Roß vnd 29. zu Fuß reichen vnnd geben/ vnnd so er dieselbige widerumb erlangt/ wie jetziger zeit mehrem theil beschehen seinem eignen erbiethen den gesetzten alten anschlag widerumb tragen.

Printz von Schalon oder Calin.

30 94 30 0

Prelaten vnd Aebte.

Abt zu Fulda.	17	50	90	150
Abt zu Hirschfeld	4	15	30	50
Abt zu Kempten	6	20	90	150
Abt zu Richenaw	2	4	30	50
Probst zu Weissenburg.	2	14	25	52
Abt zu S. Galle.	6	30	0	0
Abt zu Salueld.	2	13	60	100
Abt zu Etwangen.	5	13	65	108
Teutsche Meister.	20	80	90	150
Johans Meister.	10	30	55	91

Vnnd soll die negstfolgende 10. Jahr die Reichs anlage / jedoch außerhalb vnderhaltung des Käys. Cammergerichts gentzlich eximirt vnnd befreyet sein/aber nach deren endung diesen gesetzten anschlag widerumb vera anlagen.

Abt

Abt zu Weingarten
4 18 50 83

Abt zu Salmansweiler.
7 77 125 208

Abt zu Creutzlingen. 0 4 30 0
Abt zu Kürpach. 6 19 30 50
Abt zu Weickenraid. 2 6 30 50
Abt zu Schotten eximirt Oesterreich.
2 12 0 0

Abt zu Weissen oder Rinderau.
2 14 60 100

Soll doch die negste sechs Jahr nit mehr als 2. Drittentheil: vnd nach abtauff solcher 6 Jahr sein anschlag alsdann widerumb völlig geben.

Abt zu S. Blasii/eximirt Oesterreich.
4 18 0 0

Abt zu Maulbron. 5 22 175 268
Abt zu Corpheyen mit der Statt Horem.
2 9 60 100

Abt zu Schussenried. 2 14 58 83
Abt zu Ritterhausen/eximirt Brunschweig.
2 16 0 0

Abt zu Stain am Rhein.
6 16 . .

Abt zu Schaffhausen. 4 18 . .
Abt zu Waldsachen. 4 24 60 100
Abt zu Einsidel. 3 22 0 0
Abt zu Roggenburg 2 10 60 100

M

Abt zu Ochsenhausen.
4 20 77 129
Probst zum Setz. 1 3 24 0
Abt zu S. Gilgen zu Nurnberg.
1 7 0 0
Abt zu S. Maximin.
3 22 125 208
Abt zu Henoltshausen.
3 9 30 0
Abt zu S. Johan. im Türnthall.
1 4 0 0
Abt zu Rockenberg. 2 30 60 0
Abt zu Gemeenbach.
1 3 45 75
Abt zu Königs Prun.
1 10 30 50
Abt zu Schoda. 1 10 0 0
Abt zu Marchthall.
2 5 45 75
Abt zu S. Peter in dem Schwartzen Wald.
1 10 0 0
Probst zum Odenheim.
1 7 0 0
Abt zu Stabel. 2 22 60 100
Abt zu Disidis. 1 10 0 0
Abt zu Rockenhausen.
3 13 0 0
Abt zu Kentzlingen. 2 9 30 0

Abt

	R.	F.	C.	C. a.
Abt zu Lochingen.	4	20	0	0
Abt zu Irsin.	0	14	30	50
Abt zu Blanckenberg.	2	9	0	0
Abt zu Bsinv.	1	4	37	0
Abt zu Pfeffers.	1	4	0	0
Abt zu S. Johan.	1	10	30	0
Abt zu S. Petershausen zu Costnitz.	0	6	30	50

Sollen die negste sechs Jahr nit mehr als den halben theil / vnnd nach deren ablauff widerumb disen gantzen anschlag geben.

Probst zum Camberg/vertritt Wirtzburg.	1	3	30	50
Abt zu Katscheim.	4	67	45	0
Abt zu S. Hemmeran zu Regenspurg.	2	18	65	108
Probst zu Berchtesgaden.	2	20	45	75
Abt zu Münster in S. Gregorienthall.	1	4	45	75
Abt zu Münchrod.	1	8	30	50
Abt zu S. Cornely Münster.	0	12	70	116
Abt zu Werden in Westphalen.	2	6	60	100
Abt zu Vrspurg.	0	10	12	20

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0502
DFG

Abt zu Pruin/ vertritt des Churfürst. von Trier. 4 30 59 83
Abt zu Echternach. 2 18 24 .
Nota Abt zum Herrenwalde.

Abtissinnen.

Abtissin Quendelnburg mit der Statt Quendelnburg. 2 16 90 150
Abtissin zu Essen. 2 13 60 100
Vnnd soll ihr die Statt vnnd das Capittel in Reichs anlagen zu steur kommen.
Abtissin zu Herwerden. 0 6 30 50
Abtissin zu nider Münster. 1 3 37 62
Abtissin zu Obermünster. 0 6 37 62
Abtissin zu Kauffingen. 1 10 30 .
Abtissin zu Rotenmünster. 1 4 30 50
Abtissin zu Lindaw. 0 5 37 62
Abtissin zu Gringrode. 1 6 30 50
Abtissin zu Buckaw. 2 6 45 75
Abtissin zu Hechbach 0 5 7 8

	R.	F.	C.	C. au
Abtissin zu Gutenzell.				
	0	5	5	8
Abtissin zu Beinda.	0	5	5	8

Balleyen.

Balley zu Coblentz.	4	20	150	250
Balley im Elsaß.	3	30	150	250
Balley in Ostereich/eximirt Ostereich.	3	13	0	0
Balley in der Etsch eximirt Ostereich.				

Grauen vnd Herrn.

Graff Dietrich zu Helffenstein.	2	0	6	10
Inhaber Kirchberg/Fugger.	1	4	28	41
Inhaber der herschafft Pbissen.	3	6	0	.
Inhaber der Werdenbergischen güter Grave Johan von Fürstenberg vnd Graff Carl von Zollern.	8	45	54	90
Die Grauen von Lupfen.	4	18	22	37
Alle Grauen von Montford.	3	20	34	56
Alle Grauen von Fürstenburg.	6	30	69	115

Die

Die Grauen von Zimbern.
2 9 15 25

Inhaber der Grafschafft Justingen vnnd Opfingen Georg Ludwig von Freyberg.
0 5 7 11

Inhaber der Herrschafft Steußlingen.
0 3 . .

Inhaber Herr Schweickarts von Gundelfingen seligen güter.
2 2 10 16

Graue Wilhelm von Eberstain.
0 4 4 6

Die Herrn von Geroltzeck.
1 2 3 5

Alle Grauen von Oetingen.
8 45 69 115

Die Herrn von Kappelstein/eximirt Oesterreich.
4 35 0 0

Alle Herrn von Stauffen zu Ehrenfelß.
3 0 19 31

Herr Leo von Stauffens Erben.
2 6 0 0

Herr Johan von Hohenfelß vnd Reipeltskirchen.
1 4 15 25

Inhaber Hohen Königsperg.
2 9 0 .

Die Grauen zu Sultz.
2 9 17 29

Die

Die Grauen von Zollern,
6 20 48 80

Die inhaber Brandiß. 1 6 9 15

Die Truckſeſſen von Walpurg von wegen jhr vnd dann der Truckſeſſen guter von Sonnenberg auff ſie gefallen.
10 42 103 .

Inhaber der vbrig Sonnenbergiſch güter.
2 3 . .

Graue Conrad vnd Georg von Caſtell.
1 4 7 11

Graue Ludwig zu Königſtein.
4 20 30 50

Als inhaber der Grafſchafft Wertheim.
5 25 48 80

Graue Philips von Rienecklahr.
2 10 16 26

Graff Albrecht/Graff Georg vnd Wolffgang von Hohenlor verlaſſene güter.
8 40 93 165

Biſchoff von Wirtzburg als inhaber der Herrſchafft Regelßperg.
1 4 7 11

Schenck Carl vnd Aſmus von Lymburg.
2 7 16 26

Georg Eberhard/vnd Veiten Graue zu Erbach.
2 8 16 16

Schenck Chriſtoff. vnnd Henrich von
Lime

R. F. C. C. a.

Limburg. 3 10 16 26

Graue Hantz von Schwartzberg.
1 3 6 10

Graue Einicho von Lynnigen Erben inhaber Weiland Graue Winckers.
3 9 18 30

Von Leyningischen güteren.
2 9 15 0

Grauen von Hanaw zu Hanaw Müntzenberg. 10 30 59 98

Graff Philips zu Hanaw Lichterberg.
6 22 25 41

Johan Ludwig / Adolph vnnd Henrich von Nassaw Dillenberg.
10 45 34 124

Graue zu Nassaw zu Bredaw.
20 90 148 0

Graue zu Nassaw zu Wißpaden vnnd Itzstein.
2 10 19 31

Graff Johan vnnd Adolph gebrüder von Nassaw zu Sarprucken.
6 30 20 33

Graue Albrecht vnd Philips gebrüder zu Nassaw/Sarbrucken vnd Weilburg.
6 30 20 33

Graue Johan von Nassaw als inhaber Bielstein.
1 2 7 11

Graue Ludwig von Stolberg zu Königs

Königstein Herr zu Epstein.
4 13 30 .

Grauen von Ober Eysenberg.
6 24 21 35

Grauen von Nider Eysenberg vnd Gränsaw.
2 8 15 25

Doch soll er die negste 6. Jahr nicht mehr als zum halben theil reichen/vnd sich inmittelst mit inhaber der Herrligkeit Niemagen/deßgleichen einhabern des Eisenbergischen theils/an der Grafschafft Saie dieses anschlags vergleichen / also daß innerhalb oder nach außgang solcher 6. Jahr/durch sie sampetlich dieser vorgesetzter alten anschlag dem Reich völlig geleistet werde.

Nota die Grauen von Metz.

Die Grauen von Birmburg oder jhre Erben.
2 4 13 21

Inhaber der Herrn von Reineck güter/ jetzo Cölln der Ertzbischoff.
1 0 6 10

Graue Ernst vnd seine Brüder von Solms.
4 24 27 45

Graue Philips von Solms.
4 13 22 0

Herr

R. F. C. C. 2.

Herr Philips von Wunnenburg.
1 0 3 5

Graue Herman von wegen Neunar zu Mörs. 4 12 22 0

Inhaber H. Eberhards von Arnspurg güter. 4 27 39 0

Alle Wild vnd Rheingrauen.
4 12 22 37

Graue Wyrich von Oberstein zu Falckenstein oder seine Erben.
2 4 7 11

Graue Sebastian von Falckenstein vnnd Graff Jacob von Eberstein / als inhaber Oberstein.
1 1 7 0

Inhaber der Grafschafft Newenar vnd derselbigen pertinens Hohe vnd Obrigkeit.
2 4 10 .

Inhaber der Grafschafft Horn
2 2 0 0

Graff von Sayn. 4 16 25 38

Sollen doch in 10. Jahr mehr nicht als zwey Drittentheil vnd nach außgang solcher Jahr dissen anschlag widerumb anlagen.

Graff Jacob von Bitzsch Herr zu Liechtenberg.
6 27 25 41

Die

R. F. C. C. 2.

Die Grauen von Oemgen.
0 0 f f

Inhaber der Grafffschafft Rapin. eximirt Brandenburg.
3 12 21 0

Grauen von Haydeck.
5 7 0 0

Graue Boerß von Honstein.
1 0 3 .

Graue Volgmar/Wolff von Honstein.
1 18 14 23

Die Herrn von Wolckenstein.
8 34 60 0

Die Grauen von Schaumpurg vnnd Gemen.
6 26 60 100

Alle Grauen von Mansfeld.
10 45 77 0

Die Grauen von Stolberg.
4 20 23 37

Inhaber der Grafffschafft Belchlingen.
2 1 8 .

Grauen von Barby vnd Mülingen.
1 2 8 13

Graven von Gleichen.
3 13 0 0

Graff Bunthers von Schwartzburgs Erben.
14 45 0 .

Die

R. F. C. C. a.

Die Herrn von Geraw oder inhaber derselbigen güter vnd Herschafften.

4 20 0 0

Die Herrn von Pleß.

1 0 0 0

Die Reussen von Ploem.

1 3 0 0

Die Grauen von Wida Herrn zu Runckel/ auch als inhaber Reichenstein.

1 11 0 0

Die Waldpotten von Passenheim/ als inhaber der Herrschafft Olbruck.

1 1 0 0

Die Grauen von Löuenstein.

2 9 . . .

Graff Virich von Löuenstein.

2 0 . .

Alle Grauen vnd Herrn in Frießland.

20 135 0 0

Die Grauen von Ostfrießland.

6 30 0 0

Die Edlen Herrn von der Lipp.

4 18 0 0

Die Grauen von Oldenburg.

8 30 0 0

Graff Anton von Oldenburg von wegen deß Herrschafften Delmenhorst vnd Herbstet, ten.

2 14 0 0

R. F. C. C. 2.

Die Grauen von der Hayn / Herr Philips von Westerburg, Graue zu Leyningen.

2 4 0 0

Graue von Waldeck.

4 18 0 0

Die Herrn von Lohenstein.

2 2 0 0

Die Grauen von Dipfeld.

1 4 0 0

Die Grauen von Steinford.

2 4 0 0

Der Graff von Benthem.

6 20 0 0

Der Graff von Bruncthorst.

6 20 0 0

Der Graff von Witgenstein.

5 4 0 0

Der Graff zum Spiegelberg.

2 0 0 0

Graue Cunrads von Tecklenburgs Erben.

3 10 0 0

Inhaber der Herschafft Linge.

2 5 0 0

Inhaber der Grafschafft Wundtstorff.

1 1 0 0

Die Grauen von Orttenberg.

3 0 0 0

Grauen

R. F. C. C. a.

Grauen von Riedberg/ oder inhaber solcher Graffschafft vnd des Hauß Riedberg.
6 0 0 0

Inhaber der Graffschafft von Hang jetzo Hertzog zu Bayren.
4 10 0 0

Inhaber der Graffschafft von Leyseneck güter.
1 2 0 0

Graue Oßwald von Bergen.
8 20 0 0

Die Graven von Salm vnnd zu Jmenn die Wild vnnd Rheingrauen/ als mit inhaber derselber Graffschafft.
2 4 0 0

Die Herrn von Falckenstein.
1 3 0 0

Die Herrn von Schaumberg.
4 10 0 0

Die Herrn von Degenberg.
2 7 0 0

Inhaber der Herrschafft Somerauff.
0 0 0 0

Graue Gerhard vnnd Arnold von Manderscheid.
2 10 0 0

Graue Dieterichs von Manderscheid Erben.
6 27 0 0

Graue Jacob von Manderscheid.
0 4 0 0

R. F. C. C.a.

Die Grauen von Rifferscheid.
2 2 0 0

Die Grauen von Egmond vnd Iselstein.
10 45 0 0

Die Herrn von Bergen vnd Wahlen.
10 67 0 0

Die Herrn von Heben.
1 4 0 0

Die Herrn von Wildenfelß.
1 2 0 0

Die Schencken von Dauttenberg.
1 2 .

Graue Conrad von Dubing.
1 1 . .

Inhaber Blanckenberg in Westereich.
6 25 .

Die Herrn von Kriechingen.
2 4 10 .

Die Herrn von Rogendorff.
0 10 10 .

Herr Hans Jacob von Künigseck zu Autendorff. 2 6 . .

Inhaber der Herrschafft Königeckersberg H. Johan Jacob.
0 5 5 .

Die Herrn von Merßberg.
4 20 32 .

Die

Die von Brandenstein Herr zu Königß.
1 4 7 .

Die Herrn von Walffstein.
2 4 10 .

Inhaber der Herrschafft Pirmont vnd Reckhem/ sampt denselbigen güter.
1 4 7 0

Die Herschafft Mundelheimb.
3 10 36 .

Die Herrn von Falckenstein.
3 6 4 .

Der Herrn von Palland Freyherrn zu Wiethen.
1 4 . .

Die Ritterschafft des Schloß Friedberg:
10 45 . .

Die Ritterschafft von Geilnhausen.
4 18 . .

Fugger von wegen der erkaufften güter von den Prælaten zu Reischem vnnd der zweyer Dörffer Rotenbach vnnd Pleß von der Statt Memmingen/ auch der erkauffen Reichsplege von der Stadt Donawerd.
5 9 , .

Die Herrn von Graueneck.
1 2 3 .

Herrn Dauid vnnd Georg die Paumgartner / Freyherrn zu Hohen

Schwanengart vnnd Eppach.
5 20 35 5

Nota diesen beyden soll ihr anschlag auff den Reichstag Anno 55. zu Augspurg gemacht sein/wie aber ist dißmal vnbewust gewest/ist jetzo erledigt

Die Freye vnd Reichs Stätte.

Regenspurg.	10	50	55	91
Nürnberg.	40	250	300	500
Vnd dann von wegen der Herrschafft Heydeck.	5	7	.	
Rottenburg an der Tauber.	10	65	90	150
Weissenburg am Nordgaw.	3	16	25	41
Schwabischen oder Donawerd.	2	28	45	75
Wientzheim.	4	30	80	138
Schweinfurth.	4	30	50	83

Doch soll diese Statt die negstfolgende 20. Jahr der Reichsanlagen halber/ doch ausserhalb vnderhaltung des Kayl. Cammergerichts gantz exim[illegible] vnd gefreiet sein/ vnnd nach

nach auffgang der 20. Jahr / den hievorgesetzten anschlag widerumb leisten.

Wimpffen.	2	14	57	90
Hälbronn	4	40	110	183
Schwabisch Hall mit dem Schloß Limpurg:	10	80	156	260

Doch sollen sie die negsten 5. Jahr nicht mehr als zwey Drittentheil diß anschlags geben/vnd nach auffgang der anzahl Jahren bey vorgesetztem gantzen anschlag bleiben.

Nordlingen.	5	50	162	270
Dunckelspiel.	4	40	110	183
Vlm.	25	150	275	458
Augspurg.	30	200	250	416
Geingen.	1	12	30	50
Popffingen.	0	6	20	33
Alen.	1	12	27	45

Doch soll sie die negsten 5. Jahr nichts mehr als zwey Drittentheil dieses anschlags reichen/vnnd nach ablauff der Jahren / den gesatzten anschlag widerumb völlig verantagen.

Gemünde.	3	35	75	125
Eßlingen.	5	40	131	218
Reutlingen.	3	38	85	142

	R.	F.	C.	C. ß.
Weil die Statt.	1	12	50	83
Pfullendorff.	2	20	37	62
Kauffpäwrem.	2	34	32	54
Vberlingen.	6	78	116	193
Wangen.	2	14	40	66
Isney.	2	14	50	83
Lättkirch.	0	10	37	62
Memmingen.	4	50	156	260
Kempten.	3	30	60	100
Buchhorn.	0	5	30	50
Rauenspurg.	3	40	67	112
Vyberach.	3	40	90	150

Doch soll die negste acht Jahr mehr nicht/ als zwey Drittentheil dieses anschlags veranlagen/vnnd nach enderung solcher Jahr den gesatzten folligen anschlag widerumb leisten.

Lindaw.	3	40	100	166
Costantz.	3	30	62	104
Basel.	10	180	263	
Straßburg.	25	150	275	458
Käysersperg.	2	15	25	41
Colmar.	4	30	80	133
Schlettstat.	4	24	80	133
Mulhausen im Essaß.	6	27	60	
Rotweil.	3	61	70	116

Weiß

Weissenburg am Rhein.
2 22 56 93

Soll doch die negst folgende sechs Jahr mehr nicht als zwey Drittentheil dises anschlags leisten/vnd nach außgang solcher sechs Jahr vorgesetzten anschlag widerumb völlig geben.

Hagenaw.	6	30	80	133
Obrem Ehenheim.	2	14	47	79
Roßheim.	1	3	25	41
Speir.	3	60	131	218
Wormbs.	3	60	131	218

Soll doch die negsten 6. Jahr nicht mehr als 3. Viertheil dises anschlags veranlagen/ vnd nach ablauff solcher Jahrzal vorgesetzten anschlag gantz leisten.

Franckfort.	20	140	250	416
Friedberg.	0	12	32	54
Geilnhausen.	2	15	35	0
Wetzlar.	0	8	17	29
Collen.	25	200	300	500

Doch soll diese Stadt die negsten 3. Jahren nicht mehr als 3. Viertel zur Reichshülff/vnnd verlauff solcher 2. Jahren/ disen gesetzten anschlag widerumb veranlagen.

Achen.

	R.	F.	C.	C.a.
Achen.	7	30	115	191
Metz.	25	150	250	0
Thull.	2	15	60	0
Verdun.	5	25	60	0
Offenburg.	0	30	17	28

Soll doch die negsten sechs Jahr nicht mehr dann zwey Drittentheil leisten / aber nach ablauff solcher Jahr/ disen anschlag wie derumb gantz leisten.

Landaw.	2	18	45	75
Gengenbach.	0	15	17	20
Zell am Hamerspach.	0	10	8	14
Schaffhausen.	7	45	45	0
Kauffmans Sarpruck erimirt. Lothringen.	2	9	0	0
Bysantz.	7	30	80	0
Lubeck.	21	177	275	458

Soll doch die negst nach ein ander folgende 10. Jahr nicht mehr als zwey Drittel dieses anschlags leisten / vnnd nach ordnung solcher zehen Jahren vorgesetzten anschlag volkomlich geben.

Hamburch.	20	120	162	270
Dortmund.	7	30	80	138
Nider Wesell.	5	50	90	0

Mun

	R.	F.	C.	C. a.
Mulhausen in Düringen.	0	40	75	125
Northausen in Düringen.	0	30	70	116

Doch soll die negsten 10. Jahr nicht mehr als zwey Drittetheil / vnnd nach außgang solcher zeit disen gesetzten anschlag widerumb föllig leisten.

Goßlar.	0	100	102	170

Soll doch vermög des Heiligen Reichs zum Zweiten mahl erlangter Begnadigung vnnd decrets die negste 8. Jahr nicht mehr dann 30. zu Fuß geben vnd leisten.

Soest eximirt Hertzog zu Gülich.	20	120	120
Brackhelen/eximirt Paderborn der Bischoff.	2	6	30
Warburg.	3	13	30
Lemgaw/eximiren die Grauen zur Lipp.	2	12	30
Dürckheim.	0	5	
Verden/eximirt Bischoff zu Verden.	0	15	30
Münster in S. Georgenthall.	0	12	25
Thewren.	3	20	60
Heruarden.	2	15	30

Chamb-

R. F. E. C. a.

Chamerich / ist vi armata vnter die Frantzosische gewalt kommen.
2 18 140

Dhüßberg eximirt Hertzog zu Gülich/ Cleue vnd Berg.
2 18 60

Dhantzig/ hatt sich vnter den Solmischen Schütz gewendet.
0 165 175

Elwingen hat sich vnter den Polnischen Schütz begeben.
0 82 60

Sanct. Gallen. 0 57

Buchauw am Federsehe.
0 2 6

ENDE.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0522
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn778427897/phys_0523
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn778427897/phys_0524
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0525
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0526
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0527
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0528
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0530
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0531
DFG

Mulhausen in Düringen.
o

Northausen in Düringen.
o

Doch soll die negsten
mehr als zwey Drittetheil /
gang solcher zeit disen gesetz
derumb völlig leisten.
Goßlar. o

Soll doch vermö
Reichs zum Zweiten mahl
digung vnnd decrets die neg
mehr dann 30. zu Fuß geb

Soest eximirt Hertzog zu
20

Brackheim/eximirt Paderb
2

Warburg. 3

Lemgaw/eximiren die Gra
2

Dürckheim. o

Verden/eximirt Bischoff zu
o

Münster in S. Georgentha
o

Thewren. 3

Hertzogen. 2

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0932
Patch Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
4.5 5.0 5.6 6.3
the scale towards document
mm Inch

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778427897/phys_0533
DFG